in populi ne-
cem cōfēnsit.

Homelia. xv. Fo. xxxix.

transiit: in auaricie nequitia exarsit. Nam ppter promissa munera in ei⁹ populi morte cōsiliū dedit: cuius morti se fieri simile in optauit. Et oblitus est qđ plāxerat: cū extingue re noluit quod per auariciam ardebat. Notā dum vero est quod. exponēs domin⁹ dicit: quia sollicitudines et voluptates et diuitie suffocant verbū. Suffocant enim qđ importatis cogitationibus suis: guttur mētis strāgulant: et dum bonum desiderium intrare ad eos non sinūt: quasi aditum flatus vitalis necant. Notandum etiam qđ duo sunt que diuitiis fungit: sollicitudines videlicet et voluptates: quia profecto et per curam mentem opprimunt: et per affluentiā resoluunt: Re enim contraria possessores suos et afflictos et inbricos faciunt. Sed quia voluptas conuenire non potest cum afflictione: alio quidem tempore per custodie sue sollicitudinem affligunt: atq; alio per abundantiam ad voluptates emolluit. Terra autem bona fructum per patientiam reddit: quia videlicet nulla bona que agimus: si non equanimiter etiam proximorum mala toleremus: q̄to enī quisq; altius profecerit: tanto in hoc mundo inuenit quod durius portet. Quia cum a presenti seculo mentis nostre delectatio vel dilectio deficit: eiusdē seculi aduersitas crescit. In hoc est enim qđ plerosq; cernimus et bona agere: et tamen sub graui tribulationum fasce desudare. Terrena namq; iam desideria fugiunt: et tamen flagellis durioribus fatigantur. Sed iuxta vocem dñi fructum per patientiam reddunt: quia cum humiliter flagella suscipiūt: post flagella ad requiē sublimiter suscipiunt. Sic vna calic⁹ tunditur et in vni sapore liquatur. Sic oliua confusionibus expressa amurcā suam deserit: et in olei liquore pinguescit. Sic per trituram aree a paleis grana separantur: et ad horreum purgata perueniunt. Quisquis ergo appetit plene vitia vt cere: studeat humiliter purgationis sue flagella tolerare: vt tanto post ad iudicem mundior veniat. q̄to nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. ¶ In ea portica que euntibus ad ecclesiam beati clementis est perua: fuit quidam seruolus nomine quem multi vestrum meum nouerūt: rebus pauper meritis diues: quem longa egritudo dissoluērat. Nam a pumeua etate vsq; ad finem vite paralytic⁹

Bonis q̄tis
graves cons
tingunt affli
ctiones.

Seruoli pan
peris romani
patientia fuit
maxima.

Sancti Gregorij pape.

facebat. Quid dicam quia stare non poterat: qui nunquam in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat: nunquam manus suam ad eos ducere: nonnunquam se potuit in latus alium declinare huic ad seruiendum mater cum fratre aderat: et quicquid ex elemosina potuisset accipere: hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquam litteras nouerat: sed scripture sacre sibi met codices emerat: et religiosos quosque in hospitalitatem suscipiens: hos coram se legere sine intermissione faciebat. Factumque est ut quantum ad memoriam propriam/plene sacram scripturaz disceret: cum (sicut dixit) litteras funditus ignoraret. Studebat in dolore semper gratias agere: hymnis et laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cum iam tempus esset ut tanta eius patientia remunerari debuisset: membrorum dolor: ad vitalia rediit. Cum se iam morti proximum agnouit: peregrinos viros atque in hospitalitate suscepto ammonuit ut surgerent: et cum eo psalmos pro expectatione exitus sui decantarent. Cumque cum eis et ipse moriens psalleret: voces psallentium repente prescunt: cum terrore magni clamoris dicentes. Tacete nunc quod non auditis quate resonant laudes in celo. Cumque ad easdem laudes quas intus audierat aure cordis intederat: sancta illa a carne soluta est. Sed exeunte illic fragrantia odoris aspersa est: ut omnes illi qui aderant: inestimabili suauitate repleantur. Ita ut per hoc patenter agnoscerent: quod cum laudes quas audierat in celo suscipissent. Cui rei monachus non solum interfuit: qui nunc usque uiuit: et cum magno fletu atque estari solet: quis quousque corpus eius sepulture traderetur. Ecce quo fine ex hac vita migravit: qui in hac vita equanimiter flagella tolerauit. Iuxta uocem ergo dominicam bona terra fructum per patientiam reddidit: que exarata disciplina vomere ad remuneratiōis segetem peruenit. Sed uos rogo fratres charissimi intendite: quod excusatiōnis argumentum in illo districto iudicio habituri sumus nos: qui a bono opere torpentes: et res et manus potuit implere precepta dominica egenus et sine manibus potuit implere. Non contra nos dominus tunc apostolos ostendat: qui ad regnum secum turbas fidelium predicando traxerunt.

Homelia. xv. Fo. xl.

Non contra nos martyres exibeat: qui ad celestē patriam sanguinem fūdendo peruenerūt. Quid tunc dicturi sumus cū huic de quo locuti sumus seruolam vderimus: cui longus languor brachia tenuit: sed tamen hec a bono opere non ligauit. Hec vobiscum fratres agite: sic vos ad studium boni operis instigate: vt cum bonos vobis modo ad imitandum proponitis: eorum consortes esse valeatis.

Lectio sancti euāgelij secū-
dum Mattheum.



In illo tempore. Ductus est Iesus in desertum a spiritu: vt tentaretur a dyabolo Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus: postea esuruit. Et ac-

Mat. iij.

cedēs tentat or: dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tūc assumpsit eum dyabolus in sanctam ciuitatem: et statuit eū super pīnaculū templi: et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptū est enim quia āgelis suis mandauit de te et in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Sic illi Iesus rursūm. Scriptum est. Non tenta-

Deu. viij. a.

Ps. xc.

Deu. v.

fff. i.

Sancti gregorii pape.

bis dominus deum tuum. Iterum assumpsit eum dyabolus in montem excelsum valde: et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum et dixit illi. Hec omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei iesus. Glade sathana. Scriptum est enim. Domini deum tuum adorabis: et illi serues. Tunc reliquit eum dyabolus et ecce angeli accesserunt: et ministrabant ei.

Deut. vi. b.

Chomelia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti iohannis que dicitur constantiniana

Unica prima in quadragesima. Ho. xvi.

Ies⁹ a spū s⁹ cto duct⁹ est in deser. um.

Dabitari a quibusdā solet a dō spū s⁹ cti iesus ductus in desertū: ppter hoc qd subdit. (Assumpsit eū dyabolus in sanctā ciuitatē). Et rursum (Assumpsit eū in montē excelsum valde) Et vere et absq; vlla q̄stione cōueniēter accipitur: vt a sancto spū in desertū ductus credatur: vt illic eius spūs duceret: vbi hunc ad tentandū malignus spūs inueniret. Et ecce est d⁹ deus hōi vel in excelsū mōtē / v⁹ in sc⁹z ciuitatē a dyabolo assumpt⁹: mens refugit credere: h⁹iane hoc audire aures expauescunt. Qui tñ nō eē incredibilia illa cognoscimus: si in illo et alia sc⁹z p⁹esam⁹. Certe iniquo⁹ oim caput dyabol⁹ ad est: hui⁹ capitis mēbra sunt oēs iud⁹. B⁹ nō dyaboli membrum fuit pylatus. An non dyaboli membra: iudei persequentes: et milites crucifigentes christum

Pylatus fuit membrū dyaboli.

merunt. Quid ergo mirz si se ab illo pmisit in monte duct:
 q se pertulit etiam a mēdis illius crucifigi. Nō est ergo in
 dignum redēptōi nostro q tētari voluit: q venerat occidi
 Justā quippe erat vt sic tētationes nostras sus tētationi
 nibus vinceret: sicut mo itē nostrā venerat sua morte supe
 rare. ¶ Sed sciendum nobis est q̄ tribus modis tētatio agi
 tur: suggestione / delectatione ⁊ consensu. Et nos cum tenta
 mur plerumq̄ in delectatione / aut etiā in cōsensu labimur
 q̄ de carnis pctō prop̄s gat: in nobis ipsi etiā gerim⁹: vñ
 de certaminis toleram⁹. Deus vero q̄ in vtero virginis: in
 carnis in mundum sine peccato venerat: nichil cōtradi
 ctionis in semetipso tolerabat. Tētari ergo p̄ suggestiōē
 potuit: sed eius mētē pcti delectatio nō momōdit. Atq̄ id
 ois dyabolica illa tētatio foris nō intus fuit. S; si ipsum or
 dīnē tētationis ei⁹ aspiciam⁹: p̄sem⁹ q̄ta magnitudine nos
 a tētatiōe liberamur. Antiqu⁹ hostis contra primū hōiem
 parētē nostrum in tribus se tētationib⁹ erexit: q̄ hūc vide
 licet gustu / vana gloria / et auaricia tentant: sed tentando
 sup̄pant: q̄ sibi eum p̄ p̄sensu subdidit. Ex gula quippe tē
 tavit: cum cibum ligni vetiti ostendit: atq̄ ad comedēdum
 suavit. Ex vana autem gloria tentavit cum diceret: eritis
 sicut dī. Et ex prouectu auaricie tentavit / cum diceret sciē
 tes bonum et malum. Auaricia enim non solum pecunie
 est: sed etiam altitudinis. Recte enim auaricia dicitur: cū
 supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad auari
 ciam honoris rapina pertineret: nequa q̄ paulus de vnige
 nito dei filio diceret. Non rapinam arbitratus est se esse
 equalem deo. In hoc autem dyabolus parētē nostrū ad su
 perbiam traxit: q̄ eum ad auari ciam sublimitatis excitavit
 Sed quibus modis primum hōiem stravit: eisdem mo
 dis sc̄bo hōi tētator succubuit. Per gulā q̄ppe tētāt cū dicit
 (dic vt lapides isti panes fiant). Per vanā gl̄iam tētāt cum
 dicit: (si filius dei es: mitte te deorsū) / per sublimitatis auari
 ciam tētāt: cū regna oia mūdi ofidit dicens (hec oia tibi dabo
 si p̄cidens adoraueris me) Sed eisdē modis a sc̄bo hōine
 vincit: q̄b⁹ primū hōiem se vicisse glo: labatur: vt a nostris
 cordibus ipso aditu captus exeat: quo nos aditu intromis
 ius tenebat. Sed est aliud fratres charissimi quod in has
 fff. ij.

Tentatio tri
 pliciter agit

Adā triplicē
 tentatione tens
 tatus fuit.

Sen. iij. a.

Ad phi. ij. a.

Sancti Gregorii pape.

ſtatione dominica conſiderare debemus: quia tentatus a dyabolo dominus ſacri eloquii precepta reſpondit: et qui eo vero quod erat iſtatorum ſuum inſerere in abyſſum poterat: virtutem ſue potentie non oſtendit. Sola diuine ſcripture precepta edidit: quatenus ſue nobis patientie preberet exemplum: vt quotiens a prauis hominibus aſiquid poſtulat: ad doctrinam excitetur potius q̄ ad vindictā. Peccate q̄ta eſt patientia dei: q̄ta ſpatientia noſtra. Nos ſi iniurijs aut aliqua leſione prouocamur: furore permoti: aut poſſumus noſmetipſos viciſſimur: aut quod non poſſumus facere minamur. Ecce aduerſitatem dyaboli dominus tulit: et nihil ei niſi verba manſuetudinis reſpōdit. Poterat quem punire poterat: vt hoc in laudem eius alius crederet: ſi hoſtem ſuum non extingueret: ſed inter impatiens do ſuperaret. Notandum vero quod ſubditur: quia recedente dyabolo angeli miniſtrabant ei. Ex qua re quid aliud vnius perſone vtraque natura oſtenditur. Quia et homo eſt quem dyabolus tentat: et idem ipſe deus eſt cui ab angelis miniſtratur. Cognoscamus ergo in eo naturam noſtris: quia niſi hunc dyabolus hominem cerneret: non tentaret. Veneremur in illo diuinitatem ſuam: quia niſi ſuper omnia deus exiſteret: ei nullo modo angeli miniſtrarent. Sed quia hijs diebus lectio congruit: nam quadraginta dierum abſtinentiam noſtri redemptoris audiuiſimus: quia quadragelime tempus inchoamus diſcutiendum nobis eſt cur hec ipſa abſtinentia per quadraginta dierum numerum cuſtoditur. Moyses enim vt legem acciperet ſecundo diebus ieiunauit. Helias in deſerto. xl. diebus abſtinuit. Ipſe autem hominum ad homines veniens in. xl. diebus: nullum cibum ſumpſit. Nos quoque in quantum poſſumus annuo quadragelime tempore carnem noſtram per abſtinentiam affligere conemur. Cur ergo in abſtinentia quadragenarius numerus cuſtoditur: niſi quia virtus decalogi ſer ductus in quadragenarium ſurgit: quia tunc decalogi mandata perſicimus: cum profecto quattuor libros ſancti euangelij cuſtodimus. Ex qua re ſentiri et aliud poterit. In hoc enim mortali corpore ex quattuor elementis ſi-

homines plurimum ſacrum patientes.

Quadragesima quare eſt in abſtinentia. xl. dierum.

Ex. xxxiii. d. iij. Reg. xix. b.

Homelia. xvi. Fo. xlii.

istimus: et per voluptates eiusdem corporis preceptis dominicis contumimus. Precepta autem dominica per decalogi sunt accepta. Quia ergo per carnis desideria decalogi mandata contempnimus: dignum est ut eandem carnem quaterdecies affligamus. Quamvis de hoc quadragesimali tempore est adhuc aliud quod possit intelligi. A presenti etenim die usque paschalis solennitatis gaudia sex hebdomade veniunt. Quarum videlicet dies. xi. sunt. Ex quibus dum sex dies dominici ab abstinentia subtrahuntur: non plus in abstinentia quam triginta et sex dies remanent: dum vero per trecentos et. lxxv. dies annus ducitur: nos autem per triginta et sex dies affligimur: quasi anni nostri deo decimas damus: ut quod nobismetipsis per acceptum annum viximus auctori nostro nos in eius decimis per abstinentiam mortificemur. An fratres charissimi sicut offerre in lege iubemini decimas rerum ita ei offerre contemnite et decimas dierum. Unusquisque in quantum virtus suppetit: carnem maceret. eiusque desideria affligat concupiscentias turpes interficiat: ut iuxta pauli vocem hostia viva fiat. Hostia quippe et imolatur: et vivit: et ab hac vita homo non deficit: et tamen se a carnalibus desiderijs occidit. Caro nos leta traxit ad culpam afflictam reducat ad veniam. Auctor etenim mortis nostre per fructum ligni vetiti vitæ precepta transgressus est. Qui ergo a paradisi gaudijs per cibum cecidimus: ad hoc in quantum possumus per abstinentiam resurgamus. Sed nemo sibi eandem abstinentiam solum credat posse sufficere: cum per prophetam dominus dicat. Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi: subiciens. frange esurienti panem tuum: et egenos vagosque induc in domum tuam. Cui videris nudus: operi es: et carnem tuam ne despereris. Illud ergo ieiunium deus approbat: quod ad eius oculos manus elemosinarum levat: quod cum primi dilectione agit: quod cum pietate conditur. hoc ergo quod tibi subtrahis: alteri largire ut unde tua caro affligitur inde egentibus primis caro reparet. hinc etenim per prophetam dominus dixit. Cum ieiunaretis: plangeretis: nunquid ieiunium ieiunastis mihi. Et cum comeditis et bibitis nunquid non vobis comeditis et vobismetipsis bibitis. Sibi enim comedit et bibit: qui alimenta corporis que sunt communia dona committit.

Levit. xxv. b.
Decimas rerum et dierum demus offerre.

Rom. xij. a.

Esai. lvij.

Zach. viij. b.

Sancti Gregorij pape.

ditioris sine indigentibus percipit. Et sibi quisque ieiunata
si ea que sibi ad tempus subtrahit: non pauperibus tribuit:
sed ventri post modum offerenda custodit. hinc per iohes
lem dicitur. Sanctificate ieiunium quippe sanctificare est
adiunctis bonis alijs dignam deo abstinentiam carnis
ostendere. Cesserit ira. sopiantur iurgia. Incassam enim
caro ateritur: si a prauis suis voluptationibus animus non
refrenatur. Cū per pphetam dominus dicat. Ecce in die
ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra. Ecce ad lites et con
tentiones ieiunatis: et percutitis pugno imple: et omnes de
bitores vestros repetitis. Neque enim qui a debitore suo hoc
quod dedit repetit aliquid iniustum facit: sed dignum est
ut quisquis se in patientia macerat: etiam hoc quod sibi in
se comperit interdicit. Sic nobis afflictis et penitentibus
a deo dimititur quod iniuste egimus: si pro amore illius
hoc quod nobis iuste comperit: relaxamus.

Iohel. i. c.
Esai. lviij. a

Lectio sancti euang gelij secundum Lucam.

Luce. x. a.

In illo tempore. Designauit domi
nus iesus et alios septuaginta duos
et misit illos binos ante faciem suam
in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse
veturus: et dicebat illis. Messis quidem mul
ta operari: sunt pauci. Rogate ergo dominum mes
sis: ut mittat operarios in messem suam. Ite. Ecce
ego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Non
ite portare sacculum neque peram: neque calciamen

Homelia. xvij. Fo. xliij

ta: et neminē per viam salutaveritis. In quā
cumq; domum intraueritis primum dicite.
Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pa-
cis: requiescet super illum pax vestra. Sin-
aurem ad vos reuertetur. In eadem autem
domo manete: edentes et bibentes: que apud
illos sunt. Dignus est enim operarius mer-
cede sua. Nolite transire de domo in domū
Et in quācunq; ciuitatem intraueritis et su-
sciperint vos: māducate que apponunt vo-
bis. Et curate infirmos q̄ in illa sunt: et dici-
te illis. Appropinquabit in vos regnum dei.

Homelia lectionis eiusdem
habita ad populum in basilica lateranensi.
De apostolis.

Homelia. xvij.



Dominus et saluator no-

ster fratres charissimi aliquando nos sermo-
nibus: aliquando vero operibus ammonet.
Ipsa etenim facta eius precepta sunt: qz dñs
aliquid tacitus facit. quid agere debeamus
innoscit. Ecce ei binos in predicationē discipulos mittit:
qz duo sunt precepta charitatis: dei videlicet amor et pri-
mi: et min⁹ q̄ inter duos charitas haberi nō potest. Nemo
enim pprie ad semetipsum habere charitatem dicit: sed dis-
lectio in alterū tēdit: vt charitas esse possit. Binos ad pres-

Domini dis-
uerse sunt am-
monitiones. d

ff. iij.

Sancti Gregorii pape.

Alcandum discipulos dominus mittit: quatenus hoc nobis
facit inuariat: quia qui charitatem erga alterum non ha-
bet predicationis officium suscipere nullatenus debet. Be-
ne autem dicitur quia misit eos ante faciem suam in omni
ciuitatem et locum quo erat ipse venturus. Predicatorum
enim suos dominus sequitur: quia predicatione preuenit: sic
ad mentis nostre habitaculis dominus venit: quoniam uerba ex-
hortationis precurrunt: atque per hoc ueritas in mente suscipi-
tur. Hinc namque eisdem predicatoribus esaias dicit. Parate
uiam domini: rectas facite semitas dei nostri. Hinc illius psalmi-
sta ait. Iter facite ei qui ascendit super occasum. Super occasum
namque dominus ascendit: quoniam in passione occubuit: inde maiorem
suam gloriam resurgendo manifestauit. Super occasum uero
delicet ascendit: quia mortem quam pertulit: resurgendo
calcauit. Et ergo qui ascendit super occasum iter facimus:
cum nos eius gloriam uestris mentibus predicamus: ut eam
et ipse post ueniens per amoris sui presentiam illustret. Multi-
tis autem predicatoribus quid dicat audiamus. Messis qui-
dem multa operarij autem pauci. Rogate ergo dominum
messis ut mittat operarios in messem suam. Ad messem non
tam operarij pauci sunt quod sine graui loqui merore non
possumus: quia et si sunt qui bona audiant: defunt qui dicant.
Ecce mundus sacerdotibus plenus est: sed tamen in messe
dei rarus ualde inuenitur operator: quia officium quidem
sacerdotale suscipimus: sed opus officij non implemus. Sed
pensate fratres charissimi pensate quod dicitur. (Rogate
dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Uos
pro nobis petite: ut digna uobis operari ualeamus: ne ab
exhortatione lingua torpeat: ne postquam predicationis locum
addicat. Sepe enim pro sua nequitia predicantium lingua
restringitur. Sepe uero ex subiectorum agitur culpa: ut eis
qui presunt predicationis sermo subtrahatur. Ex his quip-
pe nequitia predicantium lingua restringitur sicut psalmi-
sta ait. Peccatori autem dixit deus quare tu enarras iusti-
tias meas? Et rursum ex uicio subiectorum uox predican-
tium subtrahitur: sicut ad ezechielem dominus dicit. Lingua
quam tuam adhaerere faciam palato tuo: et eris mutus: nec

Esai. xl. s.
Ps. lxxvii.
Dominus
ascendit super
occasum.

Mundus sa-
cerdotibus ple-
nus est.

Ps. xlix.

Ezechie. liij. s.

Homelia. xviij. Fol. xliiij.

quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. Ac si aper
te dicat. Idcirco tibi predicationis sermo tollitur: quia duz
me in suis scribis plebs exasperat: nō est digna cui exhor
tatio veritatis fiat. Ex cuius ergo vitio predicatori sermo
subtrahatur: non facile cognoscitur. Quia vero pastoris ta
cituritas aliquando sibi: semper autem subiectis noceat.
certissime scitur. Sed ytinam si ad predicationis virtutem
non sufficiam⁹: loci nostri officium in innocentia vite tenea
mus. Nam subditur. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter
lupos. Multi autem cum regimini iura suscipiunt: ad la
cerandos subditos inardescunt. Terrorem potestatis exa
hibent: et quibus prodesse debuerant nocent. Et quia cha
ritatis viscera non habent dum videri appetunt: patres se
esse minime recognoscunt: humilitatis locum in elationem
dominationis mutant. Et si quando extrinsecus blandiunt
tur intrinsecus seuiunt. De quibus alias veritas dicit. Ve
niant ad vos in vestimentis ovium: intrinsecus autem sunt
lupi rapaces. Contra que omnia considerādum nobis est:
quia sicut agni inter lupos mittitur: vt sensum seruantes
innocentie morsum malicie non habeamus. Qui enim lo
cum predicationis suscipit: mala inferre non debet: sed to
lerare: vt ex ipsa sua mansuetudine iram seuientium miti
get: et peccatorum vulnera in alijs ipse afflictionibus vul
neratus sanet. Quem & si quando zelus rectitudinis exigit
vt erga subiectos seuiat: furor ipse de amore sit: non de cru
delitate: quatenus & iura discipline foris exhibeat: & intus
paterna pietate diligat: quos foris quasi insequendo casti
gat: quod tunc bene rector exhibet: cum seipsus diligere p
amorem priuatum nescit: cum nulla que mundi sunt appes
la supponit. Unde et subditur. Nolite portare sacculus: ne
q; peram: neq; calciamenta: & neminem peruiam salutaue
ritis. Predicatori enim tanta debet in deo esse fiducia: vt
presentis vite sumptus: quibus non prouideat: tamen hos si
bi non deesse certissime sciat: ne dum mens eius occupatur
ad temporalia: minus alijs prouideat eterna. Cui etiam p
viam neminem salutare conceditur: vt sub quanta festina
tione iter predicationis pergere debeat: ostendatur. Que

Matth. x.

Matth. vij. c

Prelatus nō
sit crudelis
in subditos.

Sancti Gregorii pape

Ecclesia, xli, c.

si quis verba etiam per allegoriam velit intelligi: in secundo pecunia clausa est. Pecunia vero clausa est sapientia occultata. Qui igitur sapientie verbum habet: sed hoc erogare proximo negligit: quasi pecuniam in sacculo ligatam tenet. Unde scriptum est. Sapientia abscondita et thesaurus occultus: que utilitas in vrisque? Quid vero per peram nisi onera seculi: et quid hoc loco per calciamenta nisi mortuorum operum exempla signantur. Qui ergo officium predicationis suscipit: dignum non est ut onus secularium negotiorum portet: ne dum hoc eius colla deprimit: ad predicanda celestia non assurgat. Nec debet stultorum operum exempla conspiciere: ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credit muniri. Sunt etenim multi qui prauitatem suam ex alienis prauitatibus tuent. Qui enim alios talia fecisse considerant: se hec facere licenter putant. Hi quid aliud faciunt nisi pedes suos ex mortuorum animalium muniri pellibus conantur. Omnia vero qui saluat iuia: ex occasione saluat itineris: non ex studio optande eiusdem salutis. Qui igitur non amore eterne patrie: sed premiorum ambitu salutem audientibus predicat: quasi in itinere saluat: quia ex occasione et non ex intentione eterne patrie salutem audientibus exoptat. (Sequitur.) In quacunque domum intraueritis: primum dicite pax huic domui: et si ibi fuerit filius pacis: requiescet super illum pax vestra: sin autem ad vos reuertetur pax que ab ore predicatoris offertur: aut requiescit in domo (si in ea filius pacis fuerit) aut ad eundem predicatorum reuertitur. Quis autem erit quisque predestinatus ad vitam: et celestis verbum sequitur quod audit: aut si nullas audire voluerit: predicator sine fructu non erit: quia ad eius pax reuertetur: quoniam eius a domino pro labore sui operis merces recompensatur. Etsi autem qui peram et sacculum portare prohibuit: sumptus et alimenta ex eadem predicatione concedit. Nam subditur. (In eadem autem domo manete: edentes et bibentes que apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua.) Si pax nostra recipitur: dignum est ut in eadem domo maneamus edentes et bibentes que apud illos sunt: ut ab eis terrena stipendia consequantur: quibus premia patrie celestis offerimus. Unde etiam paulus hec ipsa promittit

Salutare in itinere quis dicatur.

Predicator potest petere sumptus et alimenta.

Homelia. xliij. Fol. rlv.

no suscipiens dicit. Si nos vobis spiritualia seminauimus. **1. Cor. ix. b.**
magnum non est si vestra carnalia metamus. Et notauidū
quod subditur (Dignus est mercennarius mercede sua) quā
tam de mercede operis sunt ipsa alimenta sustentationis vt
hic merces de labore predicationis inchoetur: que illic de
veritatis visionis perficitur. Quas in re considerandum est
vt vni nostro operi due mercedes debentur: vna in via / al-
tera in patria vna que nos in labore sustentat: alia que nos
in resurrectione remunerat. Merces itaq; que in presenti
accipitur hoc in nobis debet agere: vt ad sequentem mer-
cedem robustius tendatur. Verus ergo quisq; predicator
non ideo predicare debet: vt in hoc tempore mercedem re-
cipiat: sed ideo mercedem recipere: vt predicare subsistat.
Quisquis namq; ideo predicat: vt hic vel laudis vel mane-
ris mercedem recipiat: eterna proculdubio mercede se pri-
uat. Quisquis vero vel ea que dicit ideo placere hominib;
appetit: vt dum placet quod dicitur: per eadem dicta non
ipse sed dominus ametur vel idcirco terrena stipendia in
predicatione consequitur ne a predicationis voce per indi-
gentiam lassetur: huic proculdubio ad recipiendā merce-
dem nihil obstat in patria: quia sumptus sumpsit inuis. Sz
quid nos (quod tamen sine dolore dicere non possumus) **pastorū gra-
uis error.**
et tamen operari nequaquam sumus: s; fructus quippe sancte
ecclesie in stipendio quotidiano percipimus: sed tamē pro
eterna ecclesia minime in predicatione laboramus. Pen-
semus cuius damnationis sit sine labore hic percipere mer-
cedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium viuim;: sed nū-
quid pro animabus fidelium laboramus. Illa in stipendiis
nostrū sumimus: q; p; redimendis peccatis suis fideles ob-
tulerunt: nec tamen contra peccata eadem vel rationis stu-
dio / vel predicationis (vt dignum est) insudamus: vix p; cul-
pa sua quempiam aperta voce reprehendimus: et adhuc
(quod est grauius) aliquando si persona in hoc mundo pos-
tens sit: eius forsitan errata laudamus: ne si aduersetur p;
tracundā mun; subtrahat qd; impēdebat. Sz debem; sine
cessatione meminisse qd; de quibusdā in osee scriptū est. **Osee. iij. b.**
ppli mei comederūt. Cur autem peccata populi comede-

Sancti Gregorii pape.

re dicuntur: nisi quia peccata delinquentium fouent: ne temporalia stipendia amittant. Sed et nos qui ex oblationibus fidelium viuimus: quas illi pro peccatis suis obtulerunt: si comedimus & tacemus: eorum proculdubio peccata manducamus. Pensemus ergo cuius sit apud deum criminis peccatorum precium manducare: & nihil contra peccata predicando agere. Audiamus quid de talibus beati Job voce dicitur. Si aduersum me terra mea clamat: et cum ipsa sulci eius deflent: si fructus eius comedi absque pecunia. Terra enim contra possessorem suum clamat: quando contra pastorem suum iuste ecclesia murmurat. Cuius etiam sulci deflent: si corda audientium que a precedentibus parata: uisibus predicationis uoce & uigore inuentionis exarata: uisibus re fructus possessor bonus sine pecunia non manducat: quia discretus pastor prerogat talentum uerbi: ne ad damnationem suam de ecclesia stipendium sumat alimentum. Tunc et de terra nostra cum pecunia fructus comedimus: quando sumentes ecclesiastica subsidia predicatione laboramus: preces nuncque uenturi iudicis sumus. Quis ergo uenturi iudicem nuntiabit: si prece tacet. Proinde considerandum nobis est: ut in quantum ualet quisque uel in quantum sufficit: ecclesie insinuare contendat. Et quia una: eademque exhortationis uoce non sufficit: simul cunctos admonere debet: singulos in quantum ualet instruere: priuatis locutionibus ediscere: exhortatione simplici fructum in siluorum suorum cordibus querere. Debemus namque pensare continue: quod sanctis apostolis dicitur et per apostolos nobis. Vos estis sal terre. Si ergo sal sumus: condire mentes fidelium debemus. Vos ergo qui pastores estis: pensate quod dei animalia pastus animalia tua habitabunt in ea. Et sepe uidemus quod petra salis brutis animalibus ponitur: ut ex eadem salis petra lambere debeant: et meliorari. Quasi ergo inter bruta animalia petra salis debet esse sacerdos in populis. Curare namque sacerdoti necesse est. quod singulis dicat. Unumquemque qualiter ammoneat: ut quisquis sacerdoti iungitur: quasi ex salis

Job. xxxi.

Terra quasi dicit clamare contra suum possessorem.

Matth. v. b.

ps. lxxv.

Sacerdos debet esse petra salis in populis

Homelia. xlvij. Fo. xlvj.

tactu eterne vite sapore conditur. Sal etenim ferre non
sumus: si corda audientium non condimus. Quod profes-
sio condimentū ille veraciter p̄ximo impendit: qui p̄di-
cationis verbū nō subtrahit. Sed tūc vere alijs recta p̄dic-
camus: si dicta rebus ostendimus: si nos ipsi diuino amore
cōpungimur: ⁊ humane vite (que sine culpa trāsire nequa-
pōt) quotidianas lachrymis maculas lauam⁹. Tūc autem
de nobis vere cōpungimur: si studiose patrum p̄cedentium
facta pensemus vt ex cōspecta illoꝝ glōria in nostris nobis
oculis nostra vita sordescat. Tūc vere cōpungimur: cū p̄-
cepta dñi studiose perscrutamur: et per hoc p̄ficere ipsi cō-
tendimus: p̄ que iam p̄fecisse nouim⁹ q̄s veneramur. hinc
est enī q̄d de moyse scriptū est. Posuit et labrū enesi in quo
lauarent aaron et filij ei⁹: cū ingrederent in sc̄tā sc̄tōꝝ: q̄d
fecit de speculis mulierum: q̄ excubabant in ostio taberna-
culi. Labrū quippe eneam moyses ponit: i quo sacerdotes
lauari debeant: ⁊ sancta sc̄tōꝝ ingredi: q̄ lex dei prius nos
lauari p̄ cōpunctionē p̄cepit: vt nostra immūditia, ad pene-
trandam secretorum dei mūdiciam non sit indigna. Quod
bene labrū de speculis mulierum perhibet factū: que ad ta-
bernaculi ostium indefinenter excubabant. Specula quip-
pe mulierū sunt p̄cepta dei: in quib⁹ se sancte aie semper
aspiciūt: ⁊ si q̄ in eis sunt feditatis macule/ deprehendunt.
Cogitationū vitia corrigunt: et quasi renitentes vultus ve-
lut ex reddita imagine componunt. Quia dum p̄ceptis
dñicis sollerter intēdūt: in eis p̄culdubio vel quid in se ces-
lesi viro placeat: vel quid displiceat: agnoscūt. Que t̄dū
in hac vita sūt: in eternū tabernaculū ingredi nequa-
pōt. Sed tamen ad ostium tabernaculi mulieres excubāt:
quia sancte anime etiam cum infirmitate adhuc carnis gra-
uantur: amore tamen continuo ingressum eterni introitus
obseruant. Moyses ergo labrum sacerdotibus de speculis
mulierum fecit: quia lex dei lauacrum compunctionis pec-
catōum nostrorum maculis exhibet: dum ea per que san-
cte anime superno sponso placuerunt/ intuenta nobis cele-
stia p̄cepta prebet. Quibus si diligenter intendimus/ in
terne nostre imaginis maculas videmus. Uidentes autem
maculas: in penitentie dolore compungimur. Compuncti

Exodi.
xxxvij, b.

p̄cepta dei
parātur spe-
culis mulierū

Sancti Gregorij pape.

Amem⁹ nos
et proximos.

Ira sacerdotis
qualis esse
debet et
quid
tenda.

Sacerdos sit
seruus et mansuetus.

vero quasi in labro de speculis mulierum lauamur. Est autem
tem valde necessarium/ vt cum de nobis in compunctione
a flicimur: etiam commissorum nobis vitam zelemus. Sic
ergo nos amaritudo compunctionis afficiat: vt tamen p
rimorum custodia non aduertat. Quid enim prodest si
manentes nosmetipsos: relinquamus proximos. Vel quid rur
sum prodest si amantes vel zelantes proximos: relinqua
mus nosmetipsos. In ornamento quippe tabernaculi bis
tinctus coccus offerri precipitur: vt ante dei oculos chari
tas nostra dei: et proximi amore coloratur. Ille autem ves
re se diligit: qui pure diligit auctorem. Tunc ergo coccus
bis tingitur: quando erga se et proximum ex amore veris
tatis animus inflammatur. Sed inter hec sciendum nobis
est: vt sic exerceatur zelus rectitudinis contra peccata
proximorum: quatenus in feruore distractionis nullo modo
do relinquatur virtus mansuetudinis. Ira etenim sacerdo
tis nequaquam debet esse preceps et perturbata: sed magis
ex consilij grauitate mitiganda. Et portare ergo debemus
quos corrigimus et corrigere quos portamus: ne si ex vt ro
qz vnum defuerit: vel in feruore vel in mansuetudine/ actio
sacerdotalis non sit. hinc namque est qd in templi ministerio in
basibus templi sculptorio opere leones et boues et cherubim
bin expressa sunt. Cherubin quippe est plenitudo scientie.
Sed quid est qd in basibus nec leones sine bobus/ nec boues
sine leonibus sunt. Quid enim aliud designant basces in templo: ni
si sacerdotes in ecclesia: qui diu sollicitudinem regiminis tos
lerant: quasi more basium super impositum onus portant.
In basibus ergo cherubin exprimitur: quia decet nimirum
vt sacerdotum pectora plenitudine scientie sint referta.
Per leones autem terror seueritatis. Per boues vero pas
sentia mansuetudinis figuratur. Itaque in basibus/ nec leones
sine bobus: nec boues sine leonibus exprimitur: quia
semper in sacerdotali pectore cum terrore seueritatis cus
stodiri debet virtus mansuetudinis: vt et iram mansuetus
do condist: et eandem mansuetudinem (ne fortasse dissolu
ta sit) zelus distractionis accendat. Sed ista cur loquimur
cum adhuc plerisque grauari factis atrocioribus videamus
Vobis enim sacerdotibus lugens loquor: quia nonnullos

Homelia. xviij. Fo. xlvij.

vestrum cum premijs facere ordinationes agnouimus spiritali gratiam venderi: et de alienis iniquitatibus cum peccati damno temporalia lucra cumulare. Cum ergo ad memoriam vestram non redit quod vox dominica precipiens dicit. Gratis accepistis: gratis date. Cur non ante mentis oculos reuocatis: quod templum redemptor noster ingressus cathedras vendentium columbas euerit: et nummulariorum effudit es. Qui namque sunt in templo dei hodie qui columbas vendunt: nisi qui in ecclesia precium dei hodie qui columbas vendunt: nisi qui in ecclesia precium dei imposita ne manus accipiunt: per quam videlicet impositione spiritus sanctus datur. Columba ergo venditur: quia manus impositio per quam spiritus sanctus accipitur: ad precium prebatur. Sed redemptor noster cathedras vendentium columbas evertit: quia talium negotiatorum sacerdotium destruet. hinc est enim quod sacri canones simoniam qui de largiendis ordinibus precium querunt. Cathedra ergo vendentium columbas evertitur: quando hi qui spiritalem gratiam venundant: vel ante humanos vel ante dei oculos sacerdotio priuatur. Et quidem multa sunt alia prepositorum mala: que humanos modo oculos latent: et plerumque se pastores sanctos hominibus exhibent atque in oculis suis videri turpes ante interni arbitri oculos non erubescunt. Veniet veniet profecto ille dies nec longe est in quo pastorum pastor appareat: et vniuscuiusque facta in publicum deducat. Et qui modo subditorum culpas per prepositos vinciscitur: tunc prepositorum mala per semetipsum sciens damnat. Unde et ingressus in templum per se et ipsam quasi flagellum de funiculis fecit: de domo dei prauos negotiatores efficiens: cathedras vendentium columbas evertit: quia subditorum quidem culpas per pastores percutit sed pastorum vitia per semetipsum ferit. Ecce modo hominibus negari potest: quod latenter agitur. Ille certe quem venturus est: cui tacendo quisque se non potest celare. quem negando non potest fallere. Est aliud fratres charissimi: quod me de vita pastorum vehementer affligit: sed ne cui hoc iniuriosum videatur fortasse quod assero me quod

Mat. i. b.
Joh. ii. c.

Simoniam dicitur
natur per causas
nones.

prelatos de
punit per se
seipsum.

Sancti Gregorij pape.

pariter accuso. Quāuis barbarici tēporis necessitate cō-
pulsus valde in his laceo intus: ad exteriora enim nego-
cia delapsi sumus: et aliud ex honore suscipimus: atq; aliud
ex officio actionis exhibemus. Ministerium predicationis
relinquimus: et ad penam nostram (vt video) episcopi vos
camur: qui honoris nomen non virtutis tenemus. Relin-
quūt namq; deum hi qui nobis commissi sunt: et tacemus.
In prauis actibus tacent: et correptionis manum non senti-
mus. Quotidie per multas nequitias pereūt et eos ad infer-
nam tēdere negligenter videmus. Sed quomō nos vitam
corrigere valeamus alienā qui negligimus nostrā. Curā
enim secularib; intēti tāto insensibiliores intus efficiuntur.
Isto ad ea, que foris sunt: studiosiores videmur. Vsu quip-
pe cure terrene a celesti desiderio obdurecit anim; et dum
ipso suo vsu durus efficitur per actionē seculi: ad ea emol-
liri non valet que pertinent ad charitatem dei. Unde bene
sancta ecclesia de mēbris suis infirmantibus dicit. Posuerunt
me custodem in vineis: vineam meam non custodiam.
Vineę qui ppe nostre actiones sunt: quas vsu quotidiani
boris excolimus. Sed custodes in vineis positi nostram vi-
neam minime custodimus: qz dum extraneis actionib; im-
plicamur ministerium actionis nostre negligimus. Nulli
(puto) fratres charissimi ab alijs manus preiudicium: qz
sacerdotibus tolerat deus: quādo eos quos ad aliorū cor-
rectionē posuit: dare de se exēpla prauitatis cernit: quādo
ipsi peccamus: qui compescere peccata debuim;. Plerūq;
quo est grauius) sacerdotes qui propria dare debuerant:
etiā aliena diripiūt. Plerūq; si quos humiliter: si quos cō-
tinenter viuere cōspiciunt: irrident. Cōsiderate ergo quod
de gregibus agatur: quādo lupi pastores fiunt: hi enim cu-
stodiam gregis suscipiūt: qui insidiari gregi dominico non
metuunt: contra quos dei greges custodire debuerūt. Quia
la animarum lucra querimus: ad nostra quotidie studia vo-
camus: terrena cōcupiscimus: humi nā gloriā intēta men-
te captamus. Et quia eo ipso quo ceteris prelati sumus: ad
agenda quelibet maiorē licentiam habemus suscepta: ad
nedictionis ministerium vertimus ad ambitionis augmē-
tam. Dei causas relinquimus: ad terrena negocia va cam;

Canti. l. b.

Sacerdotes,
vitiosi plus p
iudicāt qz qui
cung; alij.

Pastores lu-
pos fieri peri-
culosū est gre-
gibus.

Homelia. xvij. Fo. xlviij.

Locus sanctitatis accipim⁹: ⁊ terrenis actib⁹ implicamur
Impletum est in nobis profecto quod scriptū est. Et erit si-
cut populus/ sic sacerdos. Sacerdos eni non distat a populo
lo: quando nullo merito vite sue vulgi transcendit actionē.
Imploremus hieremie lachrimas: consideret mortem nos-
tram et deplorans dicat. Quomodo obscuratum est aurū
mutatus est color optimus: dispersi sunt lapides sanctuarij
in capite omnium platearum. Aurū quippe obscuratū est:
q̄ sacerdotum vita quōdam per gloriam virtutum clara
nunc per actiones infimas ostenditur reproba. Color opti-
mus est mutatus: quia ille sanctitatis habit⁹ per terrena
et abiecta opera ad ignominiam despectionis venit. Lapi-
des vero sanctuarij intrinsecus habebantur: nec sumeban-
tur in summi sacerdotis corpore nisi cum sancta sanctorū in-
grediens in secreto sui cōditotis apparebat. Nos ergo fra-
tres charissimi nos sumus lapides sanctuarij: q̄ apparere
semper debemus in secreto dei quos nūq̄ necesse est foris
cōspici id est nūq̄ in extraneis actionibus videri. Sed disp-
si sunt lapides sanctuarij in capite oīm platearum: q̄ hi qui
per vitā ⁊ orationem intus sp̄ esse debuerant: p̄ vitā repro-
bam foris vacant. Ecce iā pene nulla est seculi actio: quam
non sacerdotes administrēt. Dum ergo in sancto habitu cō-
stituti exteriora sunt que exhibent: quasi sanctuarij lapi-
des foris tacēt. Quia enim greca voce platea a latitudine
vocatur: sanctuarij lapides in plateis sūt: cū religiosi quicq̄
lata mundi itinera sectantur. Nec solum in plateis: sed in
capite platearum dispersi sunt: q̄ ⁊ per desiderium huius
mundi opera peragunt: et tamen de religioso habitu cul-
men honoris q̄runt. In capite ergo platearū dispersi sunt
quia ⁊ iacent per ministerium operis: et honorari volūt de-
imitatione sanctitatis. Quanto autem mundus gladio fe-
riatur: aspiciatis: quibus quotidie percussioibus intereat
populus: videns. Cuius hoc nisi nostro precipue peccato
aḡit. Ecce depopulate vrbes: euerfa castra: ecclesie ac mo-
nasteria destructa: in solitudine agri redacti sunt. Sꝫ nos p̄
eunt populo auctores mortis existim⁹: qui esse debuimus
duces ad vitā. Ex nostro etenim pctō populi turba prostra
ta est: q̄ nra faciēte negligētia ad vitā erudita nō est. Quid
Mundus mul-
tas ex sacer-
dotuz culpis
calamitates
patitur.

Osee. iij. b

Tref. iij. b.

Aurū obsc us-
ratum est.

Sacerdotes
ferme omnes
actiones secu-
li admistrāt.

Sancti gregorii pape.

Mat. 9

aut alias hoim nisi cibū dñi dixerim: que ad hoc sunt cōdit
te: vt in ei⁹ corpore traściant: idest vt in efne ecclie augmē
tum tendant. Sed hui⁹ cibi cōdimentū nos esse debuimus
Sicut et paulo superi⁹ pfati sumus: missis predicatoribus
dicitur. Vos estis sal terre. Si igitur cibus dei est populus
cōdimentū cibi sacerdotes esse debuerunt. S; q; dū nos ab
orationis et eruditionis sancte ysu cessamus: sal infatuariū
est condire non valet cibos dei: atq; idcirco ab auctore nō
sumit: q; exigente fatuitate nostra minime cōdit. p̄semus
ergo q; vnq; p̄ linguā nra conuersū: q; de puero suo ope nra
inreparatione correpti p̄niam egerunt: q; luxuriā ex nobis
eruditione deseruit: q; avariciā: q; supbiā declinauit. p̄sē
semus q; lucrū deo facim⁹: nos q; accepto talento ab eo ad
negociū missi sum⁹ etenim dicit. Negociamini dū venio. Ec
ce iā venit: ecce de nro negocio lucrū requirit. Quale ei alias
lucrū de nostra negociatione mōstrabim⁹. Quot ei⁹ cōspe
ctui animarū manipulos de predicationis nostre segete des
laturi sum⁹. Ponamus ante oculos nostros illum tante des
strictionis diē: q; iudex veniet rōnē cū seruis suis quibus ta
lenta creditur: ponet. Ecce in maiestate terribili inter ange
lotū atq; archangeloz choros videbit. In il lo tāto examine
electorum oim et reproborū multitudo deducit: ⁊ vnusquis
q; quid sit operatus ostenditur. Ibi petrus cum iudea con
uersa: quā post se traxit: apparebit. Ibi paulus post se achaiā
(vt ita dixerim) mundū ducēs. Ibi andreas post se achaiā
ibi iohannes asiam: thomas indiā: in conspectus sui iudicis
conuersam ducent. Ibi omnes dhici gregis arietes: cū aīa
deo post se subditū gregē trahūt. Cū igit tot pastores cum
gregibus suis ante eterni pastoris oculos venerint: nos mi
seri qd dicturi sum⁹: q; ad dñm nostrū post negocium vacui
redim⁹: qui pastorū nomē habuim⁹: ⁊ oues quas ex nutris
mento nostro debeamus ostendere: nō habem⁹. hic pastores
vocati sum⁹: ⁊ ibi gregē nō ducim⁹. Sed nūquid si nos ne
gligim⁹ oīpotes de⁹ deseret oues suas. Nullo mō nā ipse
eas sicut q; prophetā pollicitus est p̄ semetipsū pasceret. Oīes
q; quos p̄ordinauit ad vitā flagellorū stimulis cōpunctos
nris spiritu erudit. Et per nos quidē fideles ad sanctus tra

Luce. xxi. d.

Judicij extre
mi horoz mi
rabilis erit oī
bus p̄sertim
pastoribus.

Eze. xxxiii. d

Homelia. xviij. Fo. xliij.

ptissima veniunt: nostris precibus benedicuntur: per impositionem nostrarum manuum a deo spiritum sanctum percipiunt: atque ipsi ad regnum celorum pertingunt: et eccenost per negligentiam nostram deorsum tendimus. Ingressum electi sacerdotum manibus expiati celestem patriam: et sacerdotes ipsi per vitam reprobandam ad inferni supplicia festinant. Cui ergo rei cui similes dixerim sacerdotes malos: nisi aqua baptismatis: que peccata baptizatorum diluens: illos ad regnum celestem mittit: et ipsa postea in cloacas descendit. Timeamus hec fratres: conueniat actioni nostre ipsam ministerium nostrum. De peccatorum nostrorum relaxatione quotidie cogitamus: ne nostra vita peccato obligata remaneat: per quam omnipotens deus quotidie alios soluit. Consideremus si sine cessatione quid sumus? pensemus negocium nostrum: pensemus pondus quod suscepimus. Faciamus: quotidie nobiscum rationes quas cum nostro iudice habemus. Et sic debemus agere curam nostram: ut non negligamus curam proximi: ut quisquis ad nos iungitur: ex ligue nostre sale conditur. Si vacante quiescit et lubrici videmus: admonendus est ut coniugio frenare studeat iniquitatem suam: quatenus per hoc quod licet: discat superare quod non licet. Cum coniugatum videmus: admonendus est ut sic exerceat curam seculi: ne postponat amorem dei: sic placeat voluntati coniugis: ut non displiceat conditori. Si clerici videmus: admonendus est quatenus sic viuat ut exemplum vite secularibus prebeat. Ne si quid in illo iuste reprehenditur: ex eius vitio ipsa religio: nis nostre estimatio grauetur. Cum monachum videmus: admonendus est ut reuerentiam habitus sui in actu: in locutione: in cogitatione sua semper circumspectat: ut ea que mundi sunt: perfecte deserat: et quod ostendit humanis oculis habitu: hoc ante dei oculos motibus preterdat. Iste itaque iam sanctus est: ammonetur ut crescat. Ille vero qui adhuc in iniquis est: admonetur: ut se corrigat. Quatenus quisquis se ad sacerdotem iunxerit sale sermonis illius conditus recedat. hec fratres vobiscum sollicite cogitate: hec et proximis vestris impeditis: omnipotenti deo fructus vos reddere de ne socio quod accepistis parate. Sed ista que dicimus: melius apud eum orando quam loquendo obtinemus.

Oremus.

ggg. ij.

Sacerdotes
mali sunt sumis
les aque bap
tismatis.

peccatores cuius
libet status
per sacerdotes
sunt admonendi.

Sancti Gregorij pape.

Deus qui nos pastores in populo vocare voluisti pre-
sta quesumus: vt hoc quod humano ore dicimur: in
tuis oculis esse valeamus. Per dominum nostrum iesum.

Lectio sancti euangelij se- cundum Iohannem.

3o. viij. f



In illo tēpore Dice-
bat iesus turbis iudeorum: et
principib⁹ sacerdotuz. Quis
ex vobis arguet me de pec-
cato. Si veritatem dico vo-
bis: quare non creditis mihi
Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea
vos auditis quia ex deo non estis. Respon-
derunt ergo iudei: et dixerunt ei. Nonne be-
nei scimus nos quia samaritanus es tu: et ve-
monium habes. Respondit iesus. Ego ve-
monium non habeo: sed honorifico patrem
meum: et vos inhonorastis me. Ego autem
non quero gloriam meam. Est qui querat et
iudicet. Amen amen dico vobis: si quis ser-
monem meum seruauerit: mortem non vide-
bit internum. Dixerunt ergo iudei. Nūc cog-
nouimus: quia demonium habes. Abrahā
mortuus est et prophete: tu dicis si quis ser-

Homelia. xviii. fo. lii.

monem meum seruauerit: mortem non gustabit in eternū. Nunquid tu maior es patre nostro abraham q̄ mortu⁹ est. Et prophete mortui sunt. Quem te ipsum facis. Respōdit iesus. Si ego glorifico me ipsum gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me quem vos dicitis: quia deus uester est: et non cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et si dixerō quia nescio eum: ero similis uobis mendax. Sed scio eum: et sermonem eius seruo. Abraham pater uester: exaltauit ut uideret diem meum: uidit et gansus est. Dixerunt ergo iudei ad eum. Quinquaginta annos nondum habes: et abraham uidisti. Dixit eis iesus. Amen amen dico uobis: anteq̄ abraham fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides iudei: ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se: et exiuit de templo.

Homelia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti petri apostoli. Dñica in passione.

Sancti Gregorij pape.
Homelia. xvij.

Densate fratres charissimi mansuetudinem dei. Relaxare peccata venerat: et dicebat (Quis ex vobis arguet me de peccator?) Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Sed terribile est valde: quod subditur. (Qui ex deo est: verba dei audit: propterea vos non auditis: quia ex deo non estis. Si enim ipse verba dei audit qui ex deo est: et audiit verba eius non potest quisquis ex illo non est: in terroret se vnusquisque si verba dei in aure cordis percipit: et intelliget vnde sit. Celestem patriam desiderare veritas iubet: carnis desideria conteri: mundi gloriam declinare: aliena non appetere: propria largiri. Penset ergo apud se vnusquisque vestrum si hec vox dei in cordis eius aure conualuit: et quis iam ex deo sit: agnoscit. Nam sunt nonnulli qui precepta dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nonnulli qui hec quidem corporis aure percipiunt: sed nullo ea mentis desiderio complectuntur. Et sunt nonnulli qui libenter verba dei suscipiunt: ita vt etiam in seculis iniquitatem redeunt. Hi profecto verba dei non audiunt: qui hec exercere in opere contemnunt. Vitam ergo vestram fratres charissimi ante mentis oculos reuocate: et alta consideratione pertimescite: hoc quod ex ore veritatis sonat (propterea vos non auditis: quia ex deo non estis.) Sed hoc quod de reprobis veritas loquitur: ipsi hoc de semet ipsis reprobi iniquis suis operibus ostendunt. Nam sequitur. (Responderunt igitur iudei et dixerunt ei.) Nonne bene dicimus nos: quia samaritanus es tu: et demonium habes? Accepta autem tanta contumelia: quid dominus respondet: audiamus. (Ego demonium non habeo: sed vos notifico patrem meum: et vos inhonorastis me. Quis enim samaritanus interpretatur custos: et ipse veraciter custos est. De quo psalmista ait. Nisi dominus custodierit ciuitatem in vanum vigilat qui custodit eam. Et cui per esaiam dicit.

Verborum dno
rum audito-
res sunt i mul-
tiplici differe-
tia.

Samaritanus
custos inter-
pretatur.
ps. cxxxvi.
Esai. xli. c.

Homelia. xviij. Fol. li.

Custos quid de nocte. Custos quid de nocte. Respondere noluit dominus: et samaritanus non sum: sed ego demonium non habeo: duo enim ei illata fuerunt: vnus negauit: aliud tacendo cōfessit. Custos namq; humani generis venerat et si samaritanum se non esse diceret: esse se custodem negaret. Sed tacuit quod recognouit: et patienter reppulit quod dictum fallaciter audiuit dicens. (Ego demonium non habeo.) In quib; verbis quid aliud nisi superbia nostra cōfunditur: que si exagitata vel leuiter fuerit: atrociores iniurias reddit q̄ acceperit. Facit mala que potest minatur: et que non potest facere. Ecce iniuriam suscipiens dominus non irascitur. Non contumeliosa vba respondit. Qui si eisdem ista dicentibus respondere voluisset: demonium vos habetis: veruz profecto diceret: quia nisi impleti essent demonio: tam peruersa de deo loqui non possent. Sed accepta iniuria: etiam quod verum erat: dicere veritas noluit: ne non dixisset veritatem: sed prouocatus contumeliam redidisse videretur. Ex qua re quid nobis innuitur: nisi vt eo tempore quo a proximis ex falsitate contumelias accepimus: eorum etiam vera mala taceamus: ne ministerius iuste correptionis in arma vertamus furoris. Sed quia quisquis dei zelo vtitur: sepe a prauis hominibus dehonestat: in semetipso nobis dominus patientie prebuit exemplum: qui ait. (Sed honorifico patrem meum: et vos inhonorastis me.) Sed quid nobis ad ista faciendum sit: adhuc ex iplo nos admonet cum subiungit. (Ego autem non quero gloriam meam. est qui querat et iudicet) Scimus certe quod meum esse est. Quis pater omne iudicium dedit filio: et tanquam filius iniurias accipiens: gloriam suam non querit. Illatas contumelias patris iudicio reseruat: vt nobis profecto insinuet: quantum nos esse patientes debemus: dum adhuc se vlcisci non vult: et ipse qui iudicat. Cum vero malorum peruersitas crescit: non solum predicando fratres non debet: sed etiam auferri. Quod suo dominus exemplo nos ammonet: qui postq; habere demonium dictus est: predicationis sue beneficia largius impendit dicens. (Amen amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit mortem non videbit in eternū.) Sed sicut bonis necesse est

Patiētia xpi
inestimabilis nos
ad patientiam
exhortari vs

Jo. v. d.

ssg. liij.

Sancti gregozij pape.

vt meliores etiam per contumelias existant: ita semper reprobi de beneficio peiores fiunt. Nam accepta predicatione iterum dicit. (Nunc cognouimus: quia demonium habes). Quia enim eterne morti inhererant: et eandem mortem cui inhererant non videbant: dum sola mortem carnis aspicerent: in huiusmodi sermone caligabant dicentes. (Abraham mortuus est: et prophete mortui sunt: et tu dicis. si quis sermonem meum seruauerit: mortem non gustabit in eternis. Unde et ipsi veritati eundem abraham et prophetas quasi uenerantes preferunt. Sed aperta nobis ratione ostenditur: quia qui deum nesciunt: dei quoque famulos falso uenerantur. Et notandum quod uidit eos dominus aperta sibi impugnatione resistere: et tamen eis se iterata non desinente predicare: dicens. (Abraham pater uester exultauit die uideret diem meum: uidit et gauisus est.) Tunc quippe dei domini abraham uidit: cuius in figura summe trinitatis tres angelos hospicio recepit: quibus profecto susceptis: sic tribus quasi unum locutus est. Quia et si in personis numerus trinitatis est: in natura unitas diuinitatis. Sed carnales mentes audientium oculos a carne non subleuant: dum in eo sola carnis etatem pensant: dicentes. (Quinquaginta annos nondum habes: et abraham uidisti: quos benigne redemptor noster a carnis sue intuitu submouet: et ad diuinitatis contemplationem trahit dicens. (Amen amen dico uobis: antequam fieret abraham ego sum.) Ante enim preteriti temporis est: sum presentis, et quia preteritum et futurum tempus diuinitas non habet: sed semper esse habet: non autem ante abraham ego fui: sed ante abraham ego sum. Unde et ad moysen dicitur. Ego sum qui sum: et dices filius israel: qui est misit me ad uos. Ante ergo uel post abraham esse habuit: qui et accedere potuit per exhibitionem presentie et recedere per cursum uite. Veritas uero semper esse habet: quia ei quicquam nec priore tempore incipit: nec subsequenti terminatur. Sed sustinere ista eternitatis propria mentes infidelium non valentes ad lapides currunt. Et que intra furor em lapidantium dominus fecerit: ostenditur cum protinus subinfertur. (Iesus autem abscondit se et exiit de

Dei nescientes: dei famulos falso uenerantur.

Genes. viij. a

Exo. iij. d.

Homelia. xlvij. Fol. liij.

templo.) Mirum valde est fratres charissimi cur persecutores suos dominus se abscondendo declinauerit: qui si diuinitatis sue potentiam exercere voluisset/tacito nutu mentis in suis eos actibus ligaret: aut in penam subite mortis obueret. Sed quia pati venerat: exercere iudicium noluit: et certe sub ipso passionis tempore: et tunc poterat ostendit: et tamen hoc ad quod venerat pertulit. Nam cum persecutoribus suis se querentibus diceret. Ego sum: sola hac voce eorum superbiam perculit: et omnes in terram strauit. Qui ergo hoc in loco potuit manus lapidantium non se abscondendo euadere: cur abscondit se: nisi quod homo inter homines factus redemptor: noster alia nobis verbo loquitur: alia exemplo. Quid autem nobis hoc exemplo loquitur: nisi ut etiam cum resistere possumus: iram superbientium humiliter declinemus. Unde et per Paulum dicitur. Date locum ire. Quanta humilitate iram proximi ferre debeat: perpendat homo si furores irascentium abscondendo se declinavit dominus. Nemo ergo se contra acceptas contumelias erigat: nemo consultijs conuictum reddat. Imitatione etenim dei: glorioseus est iniuriam tacendo fugere: quam respondendo superare. Sed contra hoc superbia dicit in corde. Turpe est ut accepta iniuria taceas. Quisquis conspicit: quia contumeliam accipis et taces: non putat: quia patientiam exhibes: sed crimina cognoscis. Sed unde vox ista in corde nostro contra patientiam nascitur: nisi quia in imis cogitationem fiximus: et dum in terra gloriae querimus: placere ei qui nos de celo conspicit: non curamus. Accepta ergo contumelia meditemur in opere vocem dei. (Ego non quero gloriam meam: est qui querat et iudicet.) hoc autem quod de deo scriptum est. Abscondit se: intelligi et aliter potest. Dulci quippe iudeis predicauerat: sed predicationis eius verba deridebant. Deteriores quoque ex predicatione facti sunt: et quid abscondendo se dominus significat: nisi quod eis ipsa veritas absconditur: qui eius verba sequi contemnunt. Eam quippe quam non inuenit humilem: veritas fugit mentem. Et quia multi sunt hodie qui iudeorum duritiam detestantur: quia predicationem domini audire noluerunt: et tamen quales illos arguit

Xps si voluisset facile suos persecutores exterminasset

Johā. xvij. a

Ro. xij. d.

Veritas ipsa absconsa fuit iudeis.

Sancti Gregorij pape.

fuisse ad fidem: tales ipsi sunt ad operationem. Precepta Domini audiunt: miracula cognoscunt: sed conuerti a suis prauitatibus rennuunt. Ecce vocat et redire nolumus. Et ce sustinet: et eius patientiam dissimulamus. Dum ergo tēpus habemus fratres: prauitatem suam nusquisq; deserat: Dei patientiam pertinescat: ne quem nunc tranquillū despicit: iratum postmodum nequaquā euadere possit.

Lectio sancti euāgelij secūdum Mattheum.

Matth. xx. 8.



N illo tēpore. Dixit Iesus parabolam hanc. Simile est regnum celorum homini p̄familiās: qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno: misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam: vidit alios stantes in foro ociofos: et illis dixit. Ite et vos in vineam meam: et quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam: et fecit similiter. Circa vndecimam vero horam exiit et inuenit alios itātes: et dixit illis. Quid hic statis tota die ociofi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dixit

Et illis. Ite et vos in vineam meam. Cum se-
ro autem factum esset: dixit dominus vinee
procuratori suo Uoca operarios: et redde il-
lis mercedem: incipiens a nouissimis usque ad
primos. Cum venissent ergo qui circa unde-
cimam horam venerant: acceperunt singu-
los denarios. Venientes autem et primi: ar-
bitrati sunt quod plus essent accepturi. Accepe-
runt autem et ipsi singulos denarios. Et ac-
cipientes murmurabant aduersus patrefa-
milias dicentes. Hi nouissimi vna hora fece-
runt: et pares illos nobis fecisti: qui portauit
mus pondus diei et estus? At ille respondens
vni eorum dixit. Amice: non facio tibi inu-
riam. Nonne ex denario conuenisti mecum?
Tolle quod tuum est et vade. Volo autem et
huic nouissimo dare: sicut et tibi: aut non li-
cet mihi facere quod volo? An oculus tuus
nequam est: quia ego bonus sum. Sic erunt
nouissimi primi: et primi nouissimi. Multi enim
sunt vocati: pauci vero electi.

¶ Homelia lectionis eiusdem habita ad po-
pulum in basilica beati Laurentii martyris.
In septuagesima. ¶ Homelia. xix.

Sancti Gregorij pape.

In explanatiōe sua multa ad loquē-
dum sancti euāgelij lectio postulat: quam volo
(si possum) sub breuitate perstringere. ne vos et
extensa processio et proluxa expositio videatur
onerare. Regnum celorum homini paterfamilias simile vi-
ditur: qui ad excolendam vineam suam operarios conducit.
Quis vero paterfamilias similitudinem recte tenet et cō-
ditos noster qui regit quos cōdidit: et electos suos sic in hoc
mundo possidet: quasi subiectos dominus in domo. Qui hoc
habet vineam vniuersalem scilicet ecclesiam: que ab abel
iusto vsq; ad vltimum electum: qui in fine mundi venturus
est: quot sanctos protulit: quasi tot palmites misit. hic ita
et paterfamilias ad excolendam vineam suam mane hora
tertia / sexta / nona / et vndecima operarios conducit: quia mi-
di huius initio vsq; in finem ad erudiendam plebem fide-
lium predicatorum congregare non destitit. Mane etenim
mundi fuit ab adam vsq; ad noe. hora vero tertia a noe
vsq; ad abrahā. Sexta quoq; ab abrahā ad moysen. No-
na autem a moysen vsq; ad aduentum domini. Vndecima
vero ab aduentu domini vsq; ad finem mundi. In qua pre-
dicatores sancti apostoli missi sunt: qui mercedem ergo do-
et tarde venientes acceperunt. Ad erudiendam vineam suam
minus plebem suam quasi ad excolendam vineam suam
nullo tempore destitit operarios mittere: quia et prius per
patres: et postmodum per legis doctores et prophetas
ad extremum vero per apostolos: dum plebis sue mores
excoluit: quasi per operarios in vinee cultura laborauit:
quibus in quolibet modulo / vel mensura quisquis cum ope-
rius fuit. Operator ergo mane hora tertia / sexta / et nona /
antiquus ille hebraicus populus designatur: qui in ele-
ctis suis ab ipso mundi exordio: dum recta fide deum ser-
uit colere: quasi non destitit in vinee cultura laborare.
Ad vndecimam vero gentiles vocantur: quibus et dis-
tincto tam longo mundi tempore pro vita sua laborare
neglexerant: quasi tota die ociosi stabant. Sed pensate

Ecclesia ab a-
bel iusto ince-
pit.

Mundus va-
rias hęc etates

Homelia. xix. Fo. liiij.

le fratres quid inquisiti respōdeāt. Dicit enim (quia nemo nos conduxit) Nullus quippe ad eos patriarcha nullus propheta venerat. Et quid est dicere ad laborē nos nemo conduxit: nisi quia vite nobis vias nullus predicauit. Quid ergo nos a bono opere cessantes in excusationē dicituri sumus: qui pene a matris utero ad fidē venimus: qui verba vite ab ipsis cunabulis audiuimus: quae ab uerbis sancte ecclesie potest supne predicationis sicut cum lacte carnis. Postquam uero et easdem diuersitates horarū etiam ad unū quēcumque hominē per etatū momenta distinguere. Mane quippe intellectus nisi pueritia est. hora autē tertia adolescentia intelligitur: quasi quasi iam sol in altū proficit: dum calor etatis crescit. Sexta uero iuuentus est: quasi uelut in cetro sol figitur: dum in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autē senectus intelligitur: in qua uelut sol ab alto axe descendit: quia ea etas a calore iuuentutis deficit. Undecima uero hora ea etas que decrepita uel ueterana dicitur. Unde et greci ualde seniores nō gerōtas: sed presbyteros appellāt: ut plerumque senes esse nisi in puericia/alius in adolescentia/alius in iuuentute/alius in senectute/alius in decrepita etate perducitur: quasi diuersis horis operarij ad uineā uocātur. Notes ergo uros fratres charissimi aspiciate: et si iam dei operarij estis: uidete p̄sertim unusquisque quod agat et consideret in dei uinea laboraret. Qui enim in hac uita ea que sua sunt querit: adhuc ad dominicā uineā non uenit. Illi namque domino laborāt: qui non sua sed lucra dominica cogitant: qui zelo charitatis studio pietatis inseruiunt: animumque lucrandis inuigilant: perducere et alios secum ad uitam festinant. Nam qui sibi uiuit: qui carnis sue uoluptatibus pascitur: recte ociosus redarguitur: quia fructum diuini operis non sectatur. Qui uero et usque ad etatem uitam deo uiuere neglexerit: quasi usque ad undecimā ociosus stetit: unde recte usque ad undecimam torpentibus dicitur. (Quid hic stas tota die ociosi.) Ac si aperte dicatur: et si deo uiuere in pueritia et iuuentute nolueris: saltem in ueterana etate relapsitate: et ad uite uias cum iam laboraturus multum non estis: uel sero uenite. Et tales ergo patet familia uocari: et plerumque ante remunerantur: quia prius ad re-

Christiani a bono ope castantes uix se excusabunt apud dominū.

Uineā dñi que dicantur recte colere.

Iuuentutē que si ne fructu preterit: saltē in senectute nitatur bene uiuere.

Sancti Gregorij pape.

gnum de corpore exeunt: & hi qui iam a pueritia vocati
esse videbantur. An non ad vndecimā venit latro: qui et il-
lum non habuit per etatem habuit tamen sero per penam qui
deum in cruce confessus est: et pene cum voce sententie ho-
risu exhalauit vite. A nouissimo autē reddere denarium pa-
terfamilias cepit: qz ad paradisi requiē prius latronem se-
petrum perduxit. Quanti patres ante legem vocati sunt: ad
se fuerunt: & tamen hi qui in dñi aduentum vocati sunt: ad
celorum regnum sine aliqua tarditate peruenerūt. Eundē
ergo denariū acceperunt: qui laborauerunt ad vndecimā
quem expectauerunt toto desiderio qui laborauerunt ad
primam: quis equalem vite eterne retributionē sortiti sunt
cum his qui a mūdi initio vocati fuerāt: hi q̄ in mundi ter-
mino ad dominū venerunt. Vñ et hi qui in labore p̄cesserūt
Murmurātes dicūt. (hi nouissimi vna hora fecerūt et p̄-
res illos nobis fecisti: q̄ portauim⁹ p̄dus diei et estus) p̄-
dus ei diei et estus portauerūt hi q̄s a mundi initio: qz dñi
hic cōtigis viuere: necesse fuit etiā lōgiora carnis tentamē-
ta tolerare. Unicusq̄ enī p̄dus diei & estus ferre est: p̄ lon-
gioris vite tēpora carnis sue calore fatigari. Sed queri po-
test quōd murmurasse dicuntur: q̄ saltē sero ad regnū vocā-
tur. Celoz etenī regnū nullus murmurās accipit: nullus q̄
accipit murmurare potest. Sed qz antiqui patres vsqz ad
aduētū dñi quātūlibet vixerūt. ducti ad regnū nō sunt: null-
ille descēderet q̄ paradisi claustra hoib⁹ interpositione sine
mortis aperiret. Lotū ergo hoc ipsū murmurasse ē: q̄ re-
cte p̄cipiēdo regno vixerūt: & tñ dñi ad p̄cipiēdū regnū
dilatati sunt. Quos enim post peractā iusticiā inferni loca q̄s
uis tranquilla susceperunt: eis profecto et laborasse fuit in
vineis: et murmurasse. Quasi ergo post murmuratiōē de-
nariū accipiūt: q̄ post lōga inferni tēpora ad gaudia regni
peruenerūt. Nos autē q̄ ad vndecimā venimus: post labo-
rē nō murmuramus: et denarium accipimus qz post media-
toris aduentū: in hoc mūdo veniētes ad regnum ducimur.
mox vt de corpore eximus: & illud sine mora percipim⁹.
antiqui patres cum magna percipere dilatione meruerūt.
Unde idē paterfamilias dicit. (Volo & huic nouissimo dare
sicut et tibi) Et qz ipsa regni perceptio eius est bonitas po-

Regnū celo-
rum an possit
dari murmu-
rantibus.

Homelia. xix. Fo. lb.

luntatis: recte subiungit (An non licet mihi quod volo facere) Stulta enim questio est hominis contra benignitatem dei. Conquerendum quippe esset si non daret quod debet: sed non si daret quod debuerit. Unde aperte subditur. (An oculus tuus neque est: quis ego bonus sum.) Nemo autem se de opere nemo de tempore extollat cum hac expleta sententia subsequenter veritas clamet (Sic erunt nouissimi primi: et primi nouissimi.) Ecce enim et si iam sci mus que vel quanta bona egimus: adhuc supernus iudex qua subtilitate hec examinet ignoramus. Et quidem gaudendum cuius summopere est in regno dei esse vel vltimus. Sed post hec terribile est valde quod sequitur. (Multi enim sunt vocati pauci vero electi). Quia ad fide plures veniunt: et ad celeste regnum pauci pducunt. Ecce enim ad hodiernam festiuitatem multi veniunt: ecclesie parietes implemus: sed tamen pauci sunt qui in illo electorum dei grege numerantur. Ecce vox omni christi clamat: sed vita omni non clamat. Plerique dei vocibus sequuntur: moribus fugiunt. Hinc etenim paucus ait. Si des sine operibus mortuus est. Hinc per psalmistam dominus dicit. Annunciant et locutus sum multiplicati sunt super numerum. Vocate enim domino super numerum multiplicantes fideles: quia non hic enim ad fidem veniunt: qui ad electorum numerum non perungunt. Hic enim fidelibus per confessionem admixti sunt: sed propter vitam reproborum illic numerari in sorte fidelium non merentur. Hoc ouile sancte ecclesie hodos cum agnis recipit: sed attestante euangelio cum iudex venerit bonos a malis separatur: sicut pastor segregat oves ab hediis. Neque etenim possunt qui hic carnis sue voluptatibus seruiunt: illic in ouium grege numerari. Illic eos a sorte humilium iudex separatur: qui se hic in superbie cornibus exaltant. Regnum celi percipere nequeunt: qui hic in celesti fide positi toto desiderio terram querunt. Et multos tales intra ecclesiam fratres charissimi cernitis: sed eos nec imitari nec despiciere debetis. Quid enim sit hodie aspiciamus: sed quod cras futurus vnusquisque nescimus. Plerumque et qui post nos venire cernitur per agilitatem nos boni operis antecedit: et vix est cras sequimur: que hodie preire videbamus. Ecce cum stephanus certe per si

Ti. i. d.
Ja. ij. a.
ps. xxxix.

Mat. xxv. c. 7
Regni celorum quibus de negabitur.

Act. vi. g.

Sancti Gregorij pape.

de morte et saeculus lapidantium vestimenta seruabat. Omnia ergo manibus ipse lapidauit: qui ad lapidandum oēs expe- ditos reddidit: et tñ eundem ipsum in sancta ecclesia laboribus antecessit: quē persequendo martyrem fecit. Duo ergo sunt q̄ sollicitè pensare debemus. Quia enim multi vocati: sed pauci electi sunt. Primum est vt de se quisq; minime presu- mat: quia et si iam ad fidem vocatus est vtrū perhenni res- pino dignus: nescit. Secundum vero est vt vnusquisq; pro- ximum quem fortasse iacere in vitijs conspicit: desperare non audeat: quia diuine misericordie diuitias ignorat. Nē fratres que nuper contigit refero: vt si vos peccatores ex corde esse conspicitis: omnipotentis dei misericordiam am- plius ametis. Presenti āno in monasterio meo quod iuxta beatorum martyrum iohannis et pauli ecclesiam situm est: frater quidam ad conuersionem venit: deuote susceptus est: sed ipse deuotius est conuersatus. Ihunc ad monasterium frater suus corpore non corde secutus est. S; valde cōuer- sionis vitam et habitum detestans: in monasterio vt hospes habitabat: et monachorum vitam moribus fugies recedes- se a monasterij habitatione nō poterat: quia vel quid age- ret: vel vnde viueret non habebat. Erat eius prauitas cum- ctis onerosa: sed hunc oēs equanimiter p̄ fratris eius amo- re tolerabant. Nam superbus et lubricus: si qua post hoc seculum sequeretur vita: nesciebat. Irridebat vero si quis illi hanc predicare voluisset. Itaq; cum habitu seculari vis- uebat in monasterio: verbis leuis: nutibus instabilis: mens- te tumidus: veste incompositus: actione dissipatus. Mense autem iulio nuper elapso huius quam nostris vigeri cepit- clade percussus est: qui ad extremum veniens vigeri cepit vt animā redderet. Et vltima iā corporis pte p̄e mortua: vitalis virtus in solo pectore et lingua remanserat. Fratres- aderant: eiusq; exitum in quantum deo largiente poterant- oratione tuebantur. At ille subito ad deuorandum se dia- conem venire conspicies: magnis quippe vocibus cepit cla- mare dicens. Ecce draconi ad deuorandum datus sum qui- ppter vestrā presentia deuorare me nō potest. Quid mihi- morā facitis: date ei locum vt ei deuorare me liceat. Cūq; hunc fratres vt signum sibi crucis imprimeret admoneret

Exemplū cu-
iusdā peruer-
si qui tandem
bonus effectus
est.

Homelia. xix. Fo. lvi.

videbat virtute qua poterat dicens. Volo me signare: sed
nō possum: quia a dracone premor. Spume oris eius facie
meā linit: guttur meū eius ore suffocat. Ecce ab eo bra-
chia mea cōprimūtur: q̄ iā ⁊ caput meū in suo ore absorbit
Cūq; hoc ille pallens ⁊ tremens ⁊ mortuus diceret: ceperūt
fratres vehementius orationib⁹ insistere et oppressum dra-
conis presentia suis precibus adiuuare. Tunc repente li-
beratus magnis cepit vocibus clamare dicens. Deo grās
Ece dicebat: ecce exiit: ante orationes vsas fugit draconē
me acceperat. Moras autē seruaturū se deo et esse monachū
deuouit: atq; a tēpore illo nunc vsq; seculis premis: dolo-
ribus fatigatur: morti quidē subtractus est: sed adhuc ple-
nitus vite restitutus nō est. Quia et longis ⁊ diuturnis in-
quietatib⁹ p̄ssus est: lōgo lāguore fatigat ⁊ durum cor ignis
purgationis durior cōcremat: q̄ diuina dispensatione agi-
tur vt prolixiora vitia egritudo prolixior exurat. Quis il-
lum vnq; seruari ad conversionē crederet. Quis tantam
dei misericordiam considerare sufficiat. Ecce iuuenis pra-
uitate draconem vidit in morte: cui seruauit in vita: nec vidit
vt vitā fūditus perderet: sed vt cui seruierat: scieret: sciēdo
resisteret: ipsumq; resistendo superaret: ⁊ eum a quo prius
non vidēs tenebatur: vidit ne postea teneretur. Que ergo
lingua narrare viscera diuine misericordie sufficiat. Quis
spiritus tante pietatis diuitias non obstupescat. Has diui-
ne pietatis diuitias: considerauit psalmista cum diceret.
Adiuuor meus tibi psallā: q̄ deus susceptor meus es: de-
us misericordie mea. Ecce perpendens in quibus laboribus hu-
mana: sit vita constituta: deum appellauit adiutorem: ⁊ q̄
a tribulatione presenti in requiem eternā nos suscepit: ap-
pellat etiam susceptorem. Sed considerans q̄ mala nostra
aspicit et portat: culpas nostras tolerat: ⁊ tamē nos p̄ peni-
tentiā ad premia referat: noluit deū misericordē dicere:
sed hunc ipsā misericordiam vocauit: dicens. Deus meus
misericordia mea. Reuocemus ergo ante oculos mala que
fecimus. Pensemus ex grā dei benignitate tolleramus: cō-
sideremus que sunt pietatis eius viscera: vt non solum cul-
pas indulgeat: sed celeste regnum penitētib⁹ etiam post
culpas promittat. Atq; ex omnibus medullis cordis dicamus

1. 11. 20. 1

Egritudo diu-
tius premis
propter p̄lxi
ora vitia.

ps. lviij.

ps. lviij.

h h h . i .

Sancti gregōrij pape.

singuli dicam⁹ omnes deus meus misericordia mea: q̄ v̄
tūa et regnas trinus in v̄itate: et vnus in trinitate: per tū
finita secula seculorum.

Lectio sancti euange lij secundum Lucam.

Luce. iij. 9.



Esaie. xl. 3.

Anno quīdecimo imperij ty
berij cesaris: procuratē pō
tio pylato iudeā: tetrarcha
autē galilee herode: philip⁹
po autem fratre eius tetrar
cha ituree ⁊ tracontidis re
gionis: et lisania abiline re
trarcha: sub principib⁹ sacerdotū āna ⁊ cap
pha: factum est verbum domini super iohā
nē zacharie filium in deserto. Et venit in om
nē regionem iordanis predicans baptismum
penitentie in remissionem peccatorum: sicut
scriptum est ī libro sermonum esaie prophe
te. Vox clamantis in deserto: parate viam
domini: rectas facite semitas eius. Omnis
vallis implebitur: et omnis mons et collis
humiliabitur. Et erunt prauna in directa et
aspera in vias planas. Et videbit omnis ca
ro: salutare dei. Dicebat ergo ad turbas que
extebant vt baptizarentur ab ipso. Venitū

Homelia. xx. Fo. lviij.

na viperarum quis ostendit vobis fugere a
ventura ira. Facite ergo fructus dignos pe
nitentie: et ne ceperitis dicere patrem habe
mus abraham. Dico enim vobis: quia po
tens est deus de lapidibus istis suscitare fi
lios abrahæ. Jam enim securis ad radicem
arboris posita est. Omnis ergo arbor non fa
ciens fructum bonum excidetur: et in ignem
mittetur. Et interrogabant eum turbe dicē
tes. Quid ergo faciemus. Respondens autē
dicebat illis. Qui habet duas tunicas det
non habēt: et qui habet escas similiter faciat.

**Homelia lectionis eius
dem ad populum in basilica
santi iohannis baptiste.
Sabbato quattuor tēporū
ante natale xpi.**

Homelia. xx.

Redemptoris nostri precursor quo tempore p̄di
cationis officium acceperit: memorato roma
ne republice p̄cipe et iudee regib⁹: designa
tur: cū dicitur. (Anno quindecimo iherū r̄
berij cesaris pcurate p̄tio pylato iudeas: se
trarcha aut galilee herode: philippo aut fratre eius terrar
tha ituree: thraconitidis regionis: et lisania abiline tetrar
hbb. ij.

Sancti Gregorij pape.

cha sub principibus sacerdotum ana & caipha: factum est
verbum domini super iohannem zacharie filium in deserto
(Quia enim illum predicare veniebat: qui ex iudea quod
dam multos ex gentibus redempturus erat: per regem ge-
tium & principes iudeorum predicationis eius tempora de-
signantur. Quia autem gentilitas colligenda erat: et iu-
dea pro culpa perfidie dispergenda: ipsa quoque descriptio
terreni principatus ostendit quoniam et in romana repu-
blica vnus presuisse describitur: et i iudee regno per quatuor
tam partem plurimi principabantur. Uoce enim nostri re-
demptoris dicitur. Omne regnum in seipsum diuisum deso-
labitur. Liqueat ergo quod ad finem regni iudea peruene-
rat: que tot regibus diuisa subiacebat: aperte quoque non
solum quibus sub regibus: sed etiam quibus sacerdotibus
actum sit demonstrat: ut quod illi iohannes baptista predica-
tionis eius tempora per regnum et sacerdotum designantur.
(Et venit in omnem regionem iordanis predicans baptismum
penitentie in remissionem peccatorum.) Certe legimus liquet:
quod iohannes non solum baptismum penitentie predicauit:
verum etiam quibusdam dedit: sed tamen baptismum sub in remis-
sionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim pecca-
torum in solo nobis baptismum christi tribuitur. Notandum itaque
quod dicitur predicans baptismum penitentie in remissionem pec-
catorum: quoniam baptismum quod peccata solueret quia da-
re non poterat: predicabat: ut sicut incarnatum verbum pas-
tris succurrebat verbo predicationis: ita baptismum peniten-
tie quo peccata soluantur precurreret suo baptismate: quo
peccata solui non possunt. Ut quia eius sermo precurrebat
presentiam redemptoris: ipsum quoque eius baptismum peniten-
cedo fieret umbra veritatis. Sequitur. (Sicut scriptum
est in libro sermonum esaię prophete. Vox clamantis in de-
serto parate viam domini: rectas facite semitas eius.) Idem
verum iohannes baptista requisitus quis esset: respondit
dicens. Ego vox clamantis in deserto. Qui (sicut ante per nos
dicitur) ideo vox a propheta vocatus est: quia verbum pre-
ibat. Quid autem clamaret: aperitur: cum subditur. Parate
viam domini: rectas facite semitas eius). Annis quibus

Luca. xi. c.

Christus fuit
rex et sacer-
dos.

Jo. i. c.
Joannis bap-
tiste clamor.

Homelia. xxviii. Fo. lviij.

idem recta et bona opera predicat: quid aliud quam venienti domino ad corda audientium via parat: ut hec vis gratie penetrat: lumen veritatis illustret: ut rectas deo semitas faciat: dum invidas in alio cogitationes per sermonem bone predicationis format. Ois vallis implebitur: et ois mons et collis humiliabitur. Quid hoc loco vallis nomine nisi humilitas: quid montium et collium nisi superbi homines designantur. In adventu ergo redemptoris: vallis implere: montes vero et colles humiliati sunt: quia iuxta eius vocem. Ois qui se exaltat humiliabit: et ois qui se humiliat exaltabit. Vallis etenim impleta crescit: mons autem et collis humiliatus decrevit. Quia nimirum in fide mediatoris dei et hominis hominis christi iesu et gentilitas plenitudinem gratie accepit: et iudea per errorem perfidie hoc unde tumebat per errorem doctrine eloquio virtutum gratia replebuntur. Juxta hoc quod scriptum est. Qui emittit fontes in conuallibus. Et rursus dicitur. Et conualles abundabunt frumento. A montibus namque aqua dilabitur: quia superbas mentes veritas doctrina deserit. Sed fontes in conuallibus surgunt: quia mentes humilium verbum predicationis accipiunt. Ita vis illorum ora pabulo veritatis impleta sunt: qui invidas ac similes huic mundo despicabiles esse videbantur. Ipsum quoque iohannem baptistam quia mira sanctitate predictum populus viderat: illum hunc esse singulariter celsum ac solitum erit: credebat. De quo scriptum est. In nouissimo die domus domini preparatur in vertice montium. Nam hunc esse christum putabat: sicut per euangelium dicitur. Estimante autem populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de iohanne ne forte ipse esset christus quem et requirebant dicentes. Nunquid christus es tu. Sed nulli idem iohannes apud se vallis esset: repletus gratie spiritu non fuisse. Qui ut hoc quod erat ostenderet dixit. Venit fortior me post me: cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius. Et rursus ait. Qui habet sponsam: sponsus est: amicus autem sponsi qui stat et audit eum: gaudio gaudet propter vocem sponsi: hoc autem gaudium meum im-

Luce. xvij. c.
ps. xliij.
ps. xliij.

Michee. iij.

Mat. iij.
Jo. i. c.

Mat. iij.
Jo. iij. d

hij. iij.

Sancti Gregorii pape.

pletum est. Illud oportet crescere: me autem minui. Ecce cum pro mira operatione virtutum talis esset ut Christus esse crederetur: non solum Christum non se esse respondit: sed etiam coram rigiam calciamenti eius solvere: id est incarnationis eius mysterium perferuari non se dignum esse perhibuit. Eius esse sponsam ecclesiam credebant qui hunc Christum esse existimabant. Sed ait. Qui habet sponsam sponsus est. Ac si diceret. Ego sponsus non sum: sed amicus sponsi sum. Nec propter vocem suam sed in voce sponsi se gaudere perhibebat. Quis non ideo letabatur in corde: quoniam a populis humiliter audiebatur loquens: sed quis ipse veritatis vocem audiebat intus ut loqueretur foras. Quod bene gaudium impletum dicit: quia quisque de sua voce gaudet: plenum gaudium non habet. A quo et subditur. Illud oportet crescere: me autem minui. Quis in se querendum est in quo creuit Christus: in quo iam minutus est Iohannes: nisi quod populus Iohannis abstinentiam videns: remotum hunc ab hominibus esse conspiciens eum esse Christum putabat: Christum vero cum publicanis comedentem: inter peccatores ambulans intuens eum non Christum sed esse prophetam credebatur. Sed dum per accessum temporis et Christus qui propheta esse putabatur et Iohannes qui Christus esse putabatur propheta esse innotuit impletum est quod de Christo suus precursor predixit. Illud oportet crescere: me autem minui. In estimatione quippe populi et Christus creuit: quia agnitus est quod erat: et Iohannes decreuit: quia cessavit dici quod non erat. Igitur cum et idem Iohannes ideo in sanctitate persistit: quia in cordis humilitate perduravit: et multi idcirco ceciderunt: quia apud se metipsum elata cognitione tumuerunt: dicant recte. (Ois valetis iplebitur: et omnis mons et collis humiliabitur) et humiles donis accipiunt quod a se corda superbientium repellunt. Sequitur. Et erunt prava in directa: et aspera in vias planas) prava in directa fiunt: cum maiorum corda per iniustitias devota ad iusticie regulam diriguntur. Et aspera in vias planas immutantur: cum limites atque iracundie mentes infusionem superne gratie ad lenitatem mansuetudinis redeunt. Quando enim verbum veritatis ab iracunda mente non recipitur: quasi asperitas itineris gressum periculis repella

Christus creuit: et Iohannes minutus est.

Ioh. iij.

Esa. xl.

lit. Sed cū mens iracunda per acceptā māsuetudinis gra-
 nam correptionis vel exhortationis verbū recipit: tibi pla-
 nam viam predicator inuenit: vbi p̄i^s pro asperitate irine
 ris pergere. i. predicationis gressum ponere non valebat.
 Sequitur. (Et videbit omnis caro salutare dei.) Quia om-
 nis caro accipitur omnis homo: salutare dei videlicet x̄ps
 in hac vita omnis homo videre nō potuit. Ubi ergo in hac
 sententia propheta p̄phetie oculū nisi ad extremū iudiciū
 dicente tendit: vbi cū apertis celis: ministrantibus angelis
 cōsidentibus ap̄tis in sede maiestatis sue x̄ps apparuerit
 omnes hūc & electi & reprobi pariter videbūt: & iusti de-
 munere retributionis sine sine gaudeant: & iniusti in vltio-
 ne supplicij imperpetuū gemāt. Nā q̄ ad hoc ista sententia
 tendit q̄ in extremo examine ab omni carne videbit: recte
 subiungitur. (Dicebat autem ad turbas que exibat v̄t ba-
 ptizarentur ab eo. Genimina viperarū quis ostendit vo-
 bis fugere a ventura ira?) Ventura enim ira est animad-
 versio vltionis extreme quā tunc fugere peccator non va-
 let: qui nunc ad lamenta penitentie non recurrit. Et nota-
 dum q̄ male soboles malorum parentum acionem imitā-
 tes genimina viperarū vocant: quia per hoc q̄ bonis imi-
 dent: eosq̄ persequuntur: q̄ quibusdam mala retribuunt:
 q̄ lesiones proximis exquirunt: q̄m in his omnibus priorū
 suorum carnalium vias sequuntur: quasi venenati filij de
 venenatis parentibus nati sunt. Sed quis iam peccantū
 quia v̄tū male consuetudinis inuoluti sumus: dicat quid no-
 bis faciendum sit vt fugere a ventura ira valeamus. Se-
 quitur. (Facite ergo fructus dignos penitentie) In quibus
 verbis notandum est q̄ amicus sponsi nō solum fructū pe-
 nitentie: sed dignos fructus penitentie ammonet esse faciē-
 dos. Aliud nāq̄ est fructum facere. aliud dignū penitentie
 fructum facere. Ut ei s̄m dignos penitentie fructus loqua-
 mur: sciendū est q̄ quisq̄ v̄tatur: sicq̄ pietatis opera faciat: vt
 conceditur: vt licitis vtatur: sicq̄ pietatis opera faciat: vt
 tamen si voluerit: ea que mundi sunt non relinquat. At si
 quis in fornicationis culpam vel fortasse (q̄ est grauius)
 in adulterium lapsus est: tanto a se licita debet abscinde-
 re: q̄to se meminit & illicita perpetrassē. Neq̄ eīn par fru-

Salutare
 dei videbit
 ois caro qua
 liter itelligit

Viperarū ge-
 nimina vocāt
 male soboles

Fructū face-
 re & dignū pe-
 nitentie fructū
 facere: sunt
 diuersa.

Gregorius primus

- ctus boni operis esse debet eius qui minus et eius qui amplius deliquit: aut eius qui nullis et eius qui in quibusdam facinoribus cecidit: et eius qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicitur: facite dignos fructus penitentie vniuersi cuiusque conscientia conuenitur: ut tanto maiora acquirat bonorum operum lucra per penitentiam: quanto grauiora sunt intulit damna per culpam. Sed iudei de generis nobilitate gloriantes: idcirco se agnoscere peccatores nolebant: quod de abrahe stirpe descenderant. Quibus recte dicitur: *Et ne ceperitis dicere patrem habemus abraham: dico et vobis quod potens est dominus de lapidibus istis suscitare filios abrahe.* Quid enim lapides nisi corda gentilium fuerunt ad intellectum domini omnipotentis insensibilia. Sicut etiam quibusdam ex iudeis dicit. *Auferam cor lapideum de carne vestra. Nec immerito lapidum nomine significati sunt: quia lapides et coluerunt. Unde scriptum est. Siles illis fiant qui faciunt eis: et omnes qui confidunt in eis.* De quibus nimirum lapidibus abrahe suscitati sunt: quod dum dura corda gentilium in abrahe semine. id est in christo crediderunt. et filii facti sunt cuius semini vniuersi: vni et eisdem gentilibus per egregium predicatorum dicit. *Si autem vos christi ergo abrahe semen estis. Si igitur non per fidem christi abrahe iam semine existimatis: iudei propter perfidiam abrahe filii esse desierunt. Quia vero in illo tremendi exitus die parates boni malis filiis prodesse non possunt: restatur propheta qui dicit. Noe daniel et iob si fuerint in medio eorum: vno ego dicit dominus deus: quod siliis et filiis non liberabunt: sed ipsi in sua iustitia liberabunt alas suas. Et rursum quod boni filii nihil malis parentibus proficiunt: sed ad reatum potius malorum parentum proficiat bonitas filiorum: ipsa per se veritas non creditur iudeis dicit. Si ergo in beelzebuth eijcitur. Si enim nra filii vestri in quo eijcunt. Ideo iudices vestri erunt. Secus quitur. *Quia ei securis ad radicem arboris posita est. Ois enim arbor non faciens fructum bonum excidetur: et in ignem mittetur.* Arbor huius mundi est vniuersum genus humanum. Secus vero est scilicet redemptor noster: qui velut ex manubrio et ferro tenetur ex humanitate: sed incidit ex diuinitate. Quis videlicet securis iam ad radicem arboris posita est: quis si per patientiam expectat: videtur tamen quid factura est.*
- Matth. iij.
- Eze. xl. d.
- ps. cxliij.
- Ad gal. iij. d.
- Ezech. xliij. e.
- Lu. xi. c.
- Redemptor noster sic securus.

Homelia. xx. Fol. lr.

Omnia enim arbor non faciens fructum bonum excidetur: et in ignem mittetur: quia unusquisque peruersus paratam citius gelbenne concremationem inuenit: qui hic fructum boni operis facere contemnit. Et notandum quod securum non iuxta ramos positam sed ad radicem dicit. Cum enim malorum filij tolluntur: quid aliud quam rami infructuose arboris abscinduntur. Cum vero tota simul progenies cum parente tollitur: infructuosa arbor a radice abscissa est: ne iam remaneat: unde praua iterum soboles crescat. In quibus Iohannis baptiste verbis constat quod audientium corda turbata sunt: cum protinus subinfertur. (Et interrogabant eum turbe dicentes. Quid ergo faciemus.) Percussit enim terrore fuerant: que consilium querebant. Sequitur. (Responsdens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas det non habenti: et qui habet escas similiter faciat.) Per hoc quod tunica plus est necessaria vsui nostro quam pallium: ad fructum dignum penitentie pertinet ut non solum exteriora queque minus necessaria: sed ipsa valde nobis necessaria diuide re cum proximis debeamus: scilicet vel escam qua carnaliter viuimus: vel tunicam qua vestimur. Quis enim in lege proximum amare conuincitur qui non cum eo in necessitate illius etiam ea que sibi sunt necessaria partitur. Idcirco ergo de diuidendis cum proximo duabus tunicis datur preceptum: quia hoc de vna dici non potuit: quoniam si non diuidatur: nemo vestitur. In dimidia quippe tunica et nudus remanet qui accipit: et nudus qui dedit. Inter hoc autem sciendum est quantum misericordie opera valeant: cum ad fructus dignos penitentie ipsa pre ceteris precipiuntur. Hinc etiam per semetipsam veritas dicit. Date elemosinas et ecce omnia munda sunt vobis. Hinc rursus ait. Date et dabitur vobis. Hinc scriptum est. Ignem ardentem extinguit aqua: et elemosina resistit peccatis. Hinc iterum dicitur. Conclude elemosinam in sinu pauperis: et hec pro te exorabit. Hinc bonus pater innocentem filium ammonet dicens. Si multum tibi fuerit: abundanter tribue: si exiguum fuerit: etiam exiguum libenter stude impartiri. Ut autem quanta esset virtus in continetia et susceptione indigentium

Arbor non faciens fructum in ignem mittetur.

Matt. xxij. d
Leuit. xvi. d

Lu. xi. f.
Luce. vi. f.
Ecclia. iij. d.
Ecclia. xix. c.
Ecclia. xxix. c.
Thob. iij. b.

Sancti Gregorii pape.

Matth. x. d.

redemptor noster ostenderet: dicit. Qui recipit prophetas in nomine prophete: mercedē pphete accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti: mercedē iusti accipiet. In quibus uerbis notandū est. quia non ait mercedem de propheta vel mercedem de iusto: sed mercedē prophete: atq; mercedem iusti accipiet. Aliud est em̄ merces de ppheta / aliud

Mercedē pphete & mercedē de ppheta recipere differunt.

merces pphete / atq; aliud merces de iusto / aliud merces iusti: Quid est em̄ dicere mercedē pphete accipiet: nisi qd is qd pphetam sua largitate sustēt: & quia ipse pphetiam nō habeat: apud omnipotentē tñ dñm pphete premia habebit. Iste em̄ fortasse iustus est: & q̄to in hoc mundo nihil possidet: tanto loquendi pro iustitia fiduciam maiorem habet. hunc dum ille sustentat: qui in hoc mundo aliqd possidet: & fortasse adhuc pro iustitia loqui libere non presumit: iustitie illius libertatem sibi participem facit: ut cui eo pariter iustitie premia recipiat: que sustentando adiuit quas

Corpus si nō reficitur vox ipsa subtrahit

tenuis eandem iustitiam libere loqui potuisset. Ille pphete spiritus plenus est: sed tamen corporeo eget alimento: si corpus non reficitur: certum est qd vox ipsa subtrahatur. Qui ergo alimentum prophete propter hoc qd propheta est tribuit: prophete illius vires ad loquendum dedit. Cū ritū prophete plenus non fuit: hoc tamen ante oculos dei exhibuit quod habuit. hinc est qd de quibusdam peregrinantibus fratribus caro per iohannem dicitur. Pro nomine enim christi profecti sunt: nihil accipientes a gentibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi: ut cooperatores simus veritatis. Qui enim spiritualia dona habentibus: temporalia subsidia tribuit in ipsis donis spiritualibus cooperatores existit. Nam cum pauci sunt: qui spiritualibus cooperantur: & multi qui rebus temporalibus abundant: per hoc se diuites virtutibus pauperum inserunt quo eisdem sanctis pauperibus de suis diuitijs solaciantur. Unde cum per esaiē vocem derelictę dominus gentilitati: id est sanctę ecclesie spiritualium virtutum merita tenē deserto arbulis

Job. iij. d.

Dona spūalia precipiuntur a paucis.

promitteret: vltimum quoq; pariter promisit dicens. Pons asperum: dabo in solitudine cedrum: & spinam: mirram: & li-

gnium oliue: ponam in deserto abietem: vinum et buxum simul: vt videant et sciant et recogitent et intelligant pariter. Desertum quippe dominus in stagna aquarum posuit: et terram inuam in riuos aquarum: quia gentilitati que prius per ariditatem mentis nullos bonorum operum fructus ferebat: fluentia sancte predicationis dedit: et ipsa ad quam prius pro asperitate sue siccitatis vira predicato-
 ribus non patebat: doctrine postmodum riuos emanauit. Cui adhuc ex magno munere promittitur: dabo in solitudine cedrum et spinam. Cedrum quia magni odoris est: atque impudibilis nature: iure accipimus in promissione. De spina vero cum peccanti homini dictum sit. Terra tua spinas et tribulos germinabit tibi: quid mirum si sancte ecclesie illud promittitur: quod peccanti homini pro pena spinam multiplicatur. Sed cedri signantur nomine hi qui virtutes et signa exhibent in sua operatione: qui dicere cum paulo valent: christi bonus odor sumus deo. Quorum corda ita interno amore solidata sunt: vt eandem iam terram a mortis putredo nulla corrumpat. Per spinam vero signati sunt doctrine spiritalis viri: qui dum de peccatis ac virtutibus differunt: et modo celestis regni gaudia promittunt: corda audientium pungunt: sicque mentem dolore concisionis perforant: vt ab eorum oculis nisi quidam sanguis anime lachryme decurrant. Virtus vero temperationis est: ita vt dissoluta membra temperando constringat. Qui itaque per mirtum nisi hi signati sunt: qui afflictionibus proximorum compati sciunt: eorumque tribulationem per compassionem temperant. Juxta hoc quod scriptum est. Gratias autem deo qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt. Qui dum afflictis proximis verbum vel operis consolationis ferunt: eos proculdubio ad statum rectitudinis restringunt: ne immoderata tribulatione in desperationem soluantur. Quos autem per oliuam nisi misericordes accipimus. Quia et grece oleos misericordia vocatur: et quia oliue liquor ante omnipotentis dei oculos misericordie fructus lucent. Cui adhuc in promissione subiungitur. Ponam in deserto abietem: vinum et buxum simul.

Esaie. xli. e.

Desertu dñs
i stagna aqua
rum posuit

Gen. iij. e.

Cedr^o quos
signat.

ij. cor. ij. d.

Predicatores
sunt spine dici

ij. Cor. i. a.

Oliua miseris
cordes nota e

Esaie. xli. e

Sancti gregorii pape.

**Abies quos
representat.**

**Ulmus quos
designat.**

**Buxus quos
designat.**

Qui per abietem que valde crescēdo ad aeris alta substol-
litur: nisi hic designati sunt qui intra sanctam ecclesiam
adhuc in terrenis corporibus positi iam celestia cōtemplā-
tur: Et quibus nascendo de terra exierunt: cōtemplādo ca-
men iam iuxta ethera verticem mentis extollunt. Et quid
per ulmum nisi secularium mentes expresse sunt: que dum
terrenis adhuc curis inferuiunt: nullum virtutis spiritualiū
fructum ferunt. Sed et si fructū ppriū ulmus nō habet: por-
tare tñ vitem cū fructu solet: quia et secularis viri intra san-
ctam ecclesiam quibus spiritualium virtutum dona non habeant:
dum tamen sanctos viros donis spiritualibus plenos sua lar-
gitate sustentant: quid aliud quā vitē cum botris portāt. Bu-
xus autem quos alios designat: quā in altū non tñ proficit: et
quibus fructum nō habeat: viriditatē habet: nisi eos qui in-
tra sanctā ecclesiam adhuc ex etatis infirmitate bonis opera-
ferre nō valent: sed tñ parentū fidelis credulitatē sequen-
tes fidem perpetue viriditatis tenent: Post que oīa apte
inhibingitur. Ut videant: et intelligant: et sciant: et recogitent
pariter. Ad hoc ei cedrus in ecclesia ponitur vt quisquis a
proximo odoramina virtutum spiritualium trahit: ipse quo-
q; in terrene vite dilectione non torpeat: sed ad donorum
celestium desideria ignescat. Ad hoc spina ponitur: vt qui
predicationis eius verbo compunctus fuerit: ipse quoq; ex-
plo illius discat corda sequentium predicationis verbo cō-
pungere. Ad hoc myrtus ponitur: vt qui in ardore tribula-
tionis ab ore vel opere proximi cōpatientis temperamēto
tum consolationis acceperit: ipse etiam discat quemadmo-
dum afflictis proximis sue consolationis temperamētum
proferat. Ad hoc oliua ponitur: vt qui aliene misericordie
opera cognoscit: discat quemadmodum debeat indigenti
proximo et ipse misereri. Ad hoc abies ponitur: vt quisquis
vīm cōtēplationis ei agnouerit: ipse quoq; ad cōtemplan-
da eterna premia succēdat. Ad hoc ylmus ponit: vt quisquis
intuetur eum qui habere virtutum fructū spiritualium nō va-
let: sed tñ et eos qui spiritualibus donis pleni sunt sustentat:
ipse quoq; sanctorum vite quā valet largitate inferuiat: ce-
lestium bonorum botros quos gignēdo non valet sustinen-
do ferat. Ad hoc buxus ponit vt qui habere multos adhuc

Homelia. xx. Fo. lxxij.

In infirmitate positos videre fidei viriditate considerat: etiam esse ipse infidelis erubescat. Bene ergo descriptis prius arboribus dicitur: vt videant/ sciāt/ et recogitent/ intelligāt vbi et apte subiungitur pariter: quia cum intra sanctā ecclesiam diuersi hominum mores/ diuersi sint ordines: necesse est vt omnes simul discāt dum in ea spiritalis viri diuersae qualitatis/ etatis/ et ordinis ad imitandum simul videntur. Sed ecce nos dum monstrare vnum querimus per multa arbuta longius euagati sumus. Ad hoc itaq; propter quod prophete testimonium protulimus reuertamur. Qui recipit prophetam in nomine prophete: mercedē prophete accipiet. Quia et si fructum vniuersum non habet: vitē tantē enim cum fructibus portans: hic ipsa sua efficit: qui bene insistentat aliena. Quia vero ad magna nos opera iohānes affirmat dicens. (Facite fructus dignos penitentie) et rubet eicas similiter faciat iam patenter datur intelligi quid est quod veritas dicit. A diebus iohannis baptiste vsq; nūc regnum celorum vniuersum patitur: et violenti rapiunt illud. Que supne verba sententię nobis sunt magnopere pscrutanda Nam quod erendū est quōd vniuersum perpeti regnum celorum possit. Quis enim celo violentiā irrogat. Et rursū quod erendū est: si patitur vniuersum regnū celorum potest et violenti rapiunt illud: cur eandē vim a diebus iohannis baptiste et nō etiā ante ptulerit. Sed cum lex dicat. Si quis hec vel illa fecerit/ morte moriantur: cunctis legētib; liquet: quia peccatores quosq; pena sue seueritatis pculit: nō autem per penitentiā ad vitā reduxit. Cū vero iohannes baptista redēptoris precurrens/ penitentiā pdicat: vt pctōri qui ex culpa mortu⁹ est/ p cōuersionē viuat: pfecto a diebus iohannis baptiste regnum celorum vniuersum patitur. Quid est autem regnum celorum nisi locus iustorum. Solis enim iustis celestis patrię premia debentur: vt humiles/ casti/ mites atq; misericordes ad gaudia superna peruentiant. Cum quis vero vel superbia tumidus/ vel carnis facinore pollutus/ vel trucundia accensus/ vel crudelitate impius post culpas ad penitentiā redit: et vitā eternā percipit: q̄ si in locū peccator intrat alienū A diebus ergo iohannis baptiste regnum celorum vniuersum p-

Mat. i. d.

Mat. xi.
Regnū celorum vniuersum patitur.

Regnū celorum est locus iustorum.

Sancti Gregorii pape.

Violenti rapi-
unt celum.

Latro bonus
magnas pre-
stat peccato-
ribus venie si
ductam.

Luc. xxiij. f.

Deo quibus san-
ctos electos la-
bi permittit.
Marci. xvi.

tur: et violenti rapiunt illud: quia qui penitentiam peccato-
ribus indixit: quod aliud quam regno celorum fieri violentiam do-
cuit. Recogitemus ergo fratres carissimi mala que fecimus: et
nosmetipsos assidue lamentis atteramus. hereditatem in-
storum quam non tenuimus pro vitam: rapimus pro penitentiam
Vult a nobis omnipotens deus tale violentiam pro penitentiam
perpeti. Nam regnum celorum rapi vult nisi fiat: quod nostrum
meritis non debet. A spei et certitudine nulla nos malorum
nostrorum qualitas nulla quantitas frangat. Prestat magnam
venie fiduciam latro ille venerabilis: qui non inde venerabilis
lis: unde latro: nam latro ex crudelitate: venerabilis ex pietate
sione. Cogitate rogo cogitate que sint incomprehensibilia in-
omnipotenti deo misericordie viscera. Latro iste crucis mani-
bus abstractus a fauce itineris: suspensus est in patibulo cru-
cis: ibi confessus: ibi sanatus est: ibi audire meruit. Vobis
mecum eris in paradiso. Quid est hoc. Quis tanta bonitate
dei dicere que estimare sufficiat. De ipsa pena criminis per-
uenit ad premia virtutis. Idcirco ante omnipotentis deus ei et co-
suos in quibusdam lapsum cadere permisit: ut alijs in culpa in-
centibus: si toto ad eum corde consurgant: spem venie reddat
et eis per lamenta penitentie viam pietatis aperiat. Exerceamus
ergo nosmetipsos in lamentis: eringamus fletibus
et dignis penitentie fructibus culpas que fecimus: ad indulgentiam
nobis reposita indulta non pereant. Quia qui multis a suis
iniquitatibus iam sanatos aspiciamus: quod aliud quam supernam
misericordie pignus tenemus. Adiuuat ipse quem amamus
Iesus Christus dominus noster. Qui cum patre et spiritu sancto vi-
uit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Finis prima pars homeliarum beati Gregorii.
Incipit secunda.

Lectio sancti euangelij secundum Marcum.
In illo tempore Maria magdalene
et maria iacobi et saleme emerunt
aromate: ut venientes ungerent ie-
sum. Et valde mane una sabbatorum venit

Homelia. xxi. fo. lxxii.

ad monumentum: orto iam sole. Et dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumenti. Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumētum viderunt iuuenem sedentem in dextris cooperatum stolla candida et obstupuerunt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Jesum queritis nazarenam crucifixum. Surrexit non est hic. Ecce locus vbi posuerūt eū. Sed iste discite discipulis ei⁹ et petro: quia p̄cedet vos in galileā. Ibi eū videbitis: sicut dixit vobis.

Homelia lectionis eiusdem habita ad populū in basilica beate marie die sc̄to pasche. Ho. xxi.

Multis vobis lectionib⁹ fratres charissimi p̄ dictatum loqui consuevit: s̄t quia lacessente stomacho ea que dictauerat legere ipse nō possunt: et quosdam vestrum minus libēter audientes intueor: vnde nunc a memetipso erigere contra morem volo: vt inter sacra missarum solennia lectionem sancti euangelij non dictando sed colloquēdo edisseram. Sic excipiantur vt loquimur: quia collocutio nis vox corda torpētia plusq̄ sermo lectionis excitat: et quā si quadam manu sollicitudinis vt euigilent pulsat. Et quis dem ad hoc opus me sufficere posse non video: sed tamen vires quas imperitia denegat: charitas ministrat. Scio nāq̄ qui dixit. Aperi os tuum: et ego adimplebo illud. **Bo**

Uox pl⁹ exci
tat q̄ lectō.

Sancti Gregorii pape.

num ergo opus nobis in voluptate sit. Nā ex diuino aucto-
torio erit in perfectione. Dat loquendi ausum ipsa etiam
resurrectionis dominice tanta solemnitas: quia et indignum
valde est: vt eo die laudes debitas taceat lingua carnis.
quo videlicet die caro surrexit auctoris. Audistis fratres:
charissimi et sancte mulieres que dominum fuerant secute:
cum aromatibus ad monumentum venerunt: et ei quem vi-
uentem dilexerant: etiam mortuo studio humanitatis ob-
sequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta ecclesia signat
gerendum. Sic quippe necesse est vt audiamus que facta
sūt quatenus cogitem⁹ etiam que nobis sint ex eorū imita-
tione faciēda. Et nos ergo in eum qui est mortu⁹ credentes
si odore virtutum referti cū opinione bonorum operum do-
minū querimus: ad monumentum profecto illius cum aro-
matibus venimus. Ille autem mulieres angelos vidēt:
que cum aromatibus venerunt: quia videlicet ille montes
supernos ciues aspiciunt: que cum virtutum odoribus ad
dominū per sancta desideria pfiscuntur. Notādum ve-
ro nobis quid nā sit q̄ in dextris sedere angelus: certum ve-
ro nobis quid nā sit q̄ in sinistra nisi vita presens quid vero per dex-
tram nisi perperam vitam designantur. Unde in canticis cāti-
corū scriptū est. Leua eius sub capite meo: et dextera illius
amplexabitur me. Quia ergo redēptor noster tā presentis
vite corruptionē transierat: recte angelus qui nūciare per
hennem eius vitam venerat: in dextera sedebat: qui stola
cādida coopert⁹ apparuit: quia festiuitatis nostre gaudia
nūciauit. Candor etenim vestis splendorem nostre denūciat
solēnitatis: Nostre dicamus an sue: Sed vt fatemur veri⁹
et sue dicamus et nostre. Illa quippe redēptoris nostre re-
surrectionis et nostra festiuitas fuit: quia nos ad immortalē
reduxit: et angelorū festiuitas extitit: quia nos reuocando
ad celestis: eorū numerū impleuit. In sua ergo ac nostra
festiuitate angelus in albis vestibus apparuit: quia dum
nos p̄ resurrectionē dominicā ad superna reducimur: celestis
stis patrie dāna reparantur. Sed qđ adueniētes feminas
affatur: audiamus. (Nolite expauescere) Ac si apte dicat
pauent illi qui non amant aduentum supernorum: cuius-
um. Perstimescant qui carnalibus desiderijs pressi ad eorū

Mulieres do-
minū viderūt
q̄ cum aroma-
tibus venerūt

Cāti. ij. b.

Resurrectio
redēptoris fe-
stiuitas chri-
stianorū et an-
gelorum.

Homelia. xxi. Fol. liii.

se societatem ptingere posse desperant. Vos autem cur per
timefatis. que vestros cōcines videtis. Unde et mattheus
angelū apparuisse describēs ait. Erat aspectus eius sicut ful-
gur et vestimenta eius sicut nix. In fulgore etenim terror fi-
moris est: in nive autem blandimentum cādoris. Quia ve-
rus omnipotēs deus et terribilis p̄ctōibus/ blādus est iustis
recte testis resurrectionis eius angelus et in fulgore vultus
et in candore habitus demonstratur: vt de ipsa sua specie et
ferretur reprobos et mulceret pios. Vñ recte quoq; popu-
lū per desertā gradientem/ columna ignis in nocte et colū-
na nubis p̄reibat in die. In igne enim terror est in nube au-
tem visionis leue blandimentum: dies vero vita iusti: et
nox accipitur vita peccatoris. Unde et cōuersis p̄ctōibus
paulus dicit. Fruistis aliquando tenebre: nunc autem lux in
domino. In die ergo per nubem colūna mōstrata est: et in
nocte per ignem: quia omnipotens deus et blādus iustis/ et
terribilis apparebit iniustis. Istos in iudicio veniens per
lenitatis mansuetudinem demulcet: illos vero per iusticie
districtionem terret. Sed in quid angelus subijgat audia-
mus. Jesum queritis nazarenum. Iesus latino eloquio sa-
lutaris (id est saluator) interpretatur. At vero multi tunc
iesus dici poterant: non tamen substantialiter sed nūcupa-
tue. Ideo et locus subiungitur/ vt de quo iesu dictum sit
manifestetur nazarenum. Et causam p̄tinus subdit cruci-
fixum. Atq; addidit. (Surrexit non est hic.) Non est hic d̄
fentiam maiestatis. (Sed ite dicite discipulis eius et petro
quia procedet vos in galileam.) Querendum nobis est cur
nominatis discipulis/ petrus designatur ex nomine. Sed
si hunc angelus nominatim nō exprimeret/ qui magistrum
negauerat: venire inter discipulos non auderet: vocatur
ergo ex nomine: ne desperaret ex negatione. Quia in re
considerandum nobis est cur omnipotens deus eum quem
eunice ecclesie p̄ferre disposuerat: ancille vocem perti-
mescere: et seipsum negare permisit. Quod nimirum ma-
gne actum esse pietatis dispensatione cognoscimus: vt is
qui futurus erat pastor ecclesie: in sua culpa disceret: qua-
liter alijs misereri debuisset. Prius itaq; eum ostendit: si-

Matthaei
xxvij. a.

Exodi. xij. v.
Columna
ignis et nubis
quare popu-
lum israeliti-
cum p̄reibat.
Ephē. v. b.

Deus est vbi
q; p̄sentias
maiestatis.

Petrus q̄re p̄
missus ē d̄m̄s
negare.

Sancti Gregorii pape.

Galilea trans-
migratio in-
terpretatur.

Thimo. ij. a.

prima questio de
dysitis hmo

Mat. xxvij. f.

bi: et tunc preposuit ceteris: ut ex sua infirmitate cognosce-
ret: quod misericorditer aliena infirma toleraret. Bene autem
de redemptore nostro dicitur. (Precedet vos in galileam:
ibi eum videbitis sicut dixit vobis.) Galilea namque transmi-
gratio facta interpretatur. Jam quippe redemptor noster
a passione ad resurrectionem: a morte ad vitam: a pena ad
gloriam: a corruptione ad incorruptionem transmigravit:
rat: et prius post resurrectionem in galilea bene a discipulis
videtur: quod resurrectionis eius gloriam post letum videbitur
si modo a vitis ad virtutum celsitudinem transmigravit.
Qui ergo in sepulchro nunciatur: in transmigratio ostendit
dicitur: quod is qui in mortificatione carnis agnoscitur: in transmi-
gratione mentis videtur. Hec etenim fratres charissimi per
santa dei solennitate dilectionis evangelice expositione atque
transcurramus: sed libet ut de hac eadem solennitate aliquid
subtilius loquamur. Due etenim vite erant. Quarum una
nominus: alteram nescimus. Una quippe mortalitatis est: al-
tera immortalis. Una corruptionis: alia incorruptionis.
Una mortis: alia resurrectionis. Sed venit mediator dei
hominum homo christus iesus suscepit unam et ostendit alteram.
Unam pertulit moriendo: et ostendit alteram resurgendo.
Si ergo nobis mortalem vitam scientibus resurrectionem
promitteret carnis: et tamen hanc visibiliter non exhibe-
ret: quis eius promissionibus crederet. Factus itaque homo
apparuit in carne: mori dignatus est ex voluntate: sed post
surrexit ex potestate: et ostendit exemplum quod nobis promissum
in christo. Sed fortasse aliquis dicat. Jure ille surrexit: quod
deus esset teneri a morte non potuit. Ad instruendum ergo
ignorantiam nostram: ad roborandam infirmitatem nostram:
et resurrectionis exemplum nobis sufficere noluit: solus in ipso
illo mortuus est: et tamen solus minime resurrexit. Non solum
ptum est. Multa corpora sanctorum que dormierunt: surrexerunt.
Abiata ergo sunt omnia argumenta perfidie. Ne quis enim dicat
sperare de se non debet homo quod in carne sua exhibuit
deus homo. Ecce cum deo homines resurrexerunt: cognoscimus
et quos puros homines fuisse non dubitamus. Si ergo
membra nostri redemptoris sumus: presumamus in nobis
quod gestum constat in capite. Si multum nos abdicamus

Homelia. xxi. Fo. lxb.

esperare in nobis debemus nos membra vltima quod de
membris superioribus audiuimus. Ecce vero ad memoriam
redit: quod crucifixo dei filio iudei insultantes dicebant
S rex israel est: descendat de cruce: et credimus ei. Qui si
de cruce tunc descenderet: nimirum insultantibus cedens: **Mat. xxvij. e**
virtutem nobis patientie: non demonstraret. Sed expectas
uit paululum: tolerauit opprobria: irrisiones sustinuit: ser
uauit patientiam: distulit admirationem. Et qui de cruce
descendere noluit: de sepulchro surrexit. Plus igitur fuit **Surgere de**
de sepulchro surgere: quam de cruce descendere. Plus fuit mori **sepulchro pl**
tem resurgendo destruere quam vitam descendendo seruare. **fuit: quam de cru**
Sed cum iudei hunc ad insultationes de cruce descendere **ce descendere**
minime cernerent: cum morientem viderent eum se vicisse
crediderunt: nomen illius se quasi extrinxisse gauisi sunt. **Sz**
ecce clarificatum de morte nomen eius per mundum cre
uit: et qua hunc infidelis turba extrinxisse se credidit. **Et**
suam gloriam cognoscit peruenisse per penam. Quod be
ne libro iudicum sanfon illius facta significant: qui cum gas
jam ciuitatem philistinorum fuisset ingressus philistei ins
gressum eius protinus cognoscentes: ciuitatem repente
obsidionibus circudederunt: custodes deputauerunt: et
quid sanfon fecit: agnouimus. Media nocte portas ciuita
tis abstulit: et montis verticem ascendit. Quem fratres
sanfon fortissimum se iam comprehendisse gauisi sunt. Sed **S san xpi re**
charissimi hoc in facto: quem nisi redemptorem nostrum **surreccionem**
designat. Quid per philisteos nisi iudeorum perfidia de **figurauit.**
monstratur: qui cum mortuum domum viderent: eiusque **Saza ciuitas**
corpus in sepulchro iam positum: custodes illico deputas **infernus desis**
uerunt: et eum qui auctor vite claruerat: inferni claustris **gnat.**
retentum: quasi sanfonem in gaza se deprehendisse letas
ti sunt. Sanfon vero media nocte non solum exiit: sed et ipsa
portas tulit: quia videlicet redemptor noster ante lucem
resurgens: non solum liber de inferno exiit: sed et ipsa
etiam in ferni claustra destruxit: portas tulit: et montis
verticem subijt: quia resurgendo claustra inferni abstu
lit. Et ascendendo celorum regna penetrauit.

Sancti Gregorij pape.

hanc ergo resurrectionis eius gloriam fratres charissimi que et prius demonstrabatur ex signo et post patuit ex facto: tota mente diligamus: pro eius amore moriamur. Ecce enim in resurrectione auctoris nostri ministros eius angelos concius nostros agnouimus. Ad horum ergo angelorum illam frequentem solemnitatem festinemus. His cum necesse est visionem possimus: desiderio et mente iungamur. Transmigremus ad virtutes de vitijs: ut in galilea redemptorem nostrum videre mereamur. Adiuuet omnipotens deus ad vitam desiderium nostrum: qui pro nobis in mortem dedit unicum filium suum dominum nostrum iesum xpm: qui cum eo vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio sancti euangelij secundum Iohannem.

Joh. 20.



In illo tempore Una sabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum: et vidit lapidem sublatum a monumento. Lucurrit ergo et venit ad simonem petrum et ad alium discipulum quem diligebat iesus: et dixit eis. Tulerunt dominum de monumento: et nescimus ubi posuerunt eum. Existit ergo petrus et ille alius discipulus: et venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul: et ille alius discipulus precucurrit citius petro: et venit primus.

Homelia. xxij. Fo. lxxvi.

ad monumentū. Et cū se inclinasset vidit lintheamina posita: non tamen introiuit. Venit ergo simon petrus sequens eū est introiuit in monumentū. Et vidit lintheamina posita: et sudariū quod fuerat super caput eius: nō cū lintheaminib⁹ positum sed separatim iolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit et ille discipul⁹ q̄ venerat prim⁹ ad monumentū et vidit et credidit. Nondū eī sciebāt scripturas: quia oportebat eū a mortuis resurgere.

Homelia lectionis eiusdē habita ad populum in basilica beati Johānis: que appellatur constantina. Sabbato pasche. Homelia. xxij.

Hatres lōga molestia stomach⁹ dñi me charitati vestre lectionis euangelice expositio: ne loq̄ phibuit. Vox nāq; ipsa clamoris virtute succubuit: et q̄ a multis audiri nō valeo loq̄ (fateor) inter multos erubescō. Sed hanc in me verecundiā et ipse reprobando. Quid enim. Nūq̄d si multis nequeo predesse ne paucis curabo. Et si ex messe portare manipulos multos nō possum: nunq̄d nā debeo ad arēā vacuus redire: quibus enī quātos debeo ferre non valeo: certe vel paucos: certe vel duos certe vñ vnū ferā. Habet nāq; ipsa infirmitatis intētio mercedis sue certitudinē

Utilitatē etiā paucorum p̄ curare debemus.

Sancti Gregorii pape

et supinus arbiter noster et si pōdus cōsiderat in retributio-
ne tñ vires pensat in pōdere. Lectio sancti euāgelij quam
mō fratres audistis: valde in superficie hystorica ē apta: s;
ei⁹ nobis sunt mysteria sub breuitate requirenda. (Maria
magdalene cū adhuc tenebræ essent venit ad monumētū).
Juxta hystoriā notatur hora. Juxta intellectū vero mystis
cum requireris signa intelligētia. Maria enī auctore omni-
quē i carne viderat mortuū querebat in monumēto: et quia
hunc minime inuenit: furatū credidit. Adhuc ergo erant
tenebræ: cum venit ad monumentum. Cucurrit citius: disci-
pulis nunciavit: sed illi pte ceteris cucurrerunt: q̄ pte ceteris
amauerunt: videlicet petrus et iohānes. Currebant au-
tem duo simul: sed iohānes precucurrit citius petro venit
prior ad monumentum: et ingredi nō presumpsit. Venit ve-
ro posterior petrus: et intravit. Quid fratres! quid cursum
iste significat. Nunquid nam hec tam subtilis euāgelij
descriptio a mysterijs vacare credēda est. Minime. Neg
enim se iohannes et preisse et non intrasse diceret: si in ipsa
sua trepidatione mysterium aliquid defuisse credidisset.
Quid ergo per iohannem nisi synagoga: quid per petrum
nisi ecclesia designatur. Nec mirum esse videatur q̄ per iu-
niorē synagoga: per seniorē vero ecclesia signari perhibet.
Quia et si ad dei cultum prior est synagoga q̄ ecclesia sē-
tium: ad usum tamen seculi prior est multitudo gentium:
q̄ synagoga. Paulo attestante qui ait. Quia non prius
quod spiritale est: sed quod animale. Per seniorē ergo
petrum significatur ecclesia gentium. Per iuniorē vero
iohānem synagoga iudeorum. Currunt ambo simul: quia
ab ortu sui tempore vsq; ad occasum pari et communi via:
et si non pari et communi sensu gentilitas cum synagoga
cucurrit: venit synagoga prior ad monumentum: sed mini-
me intravit: quia legis quidem mādāta percepit: prophē-
tias de incarnatione ac passione dominica audiuit: se dēre
dere in mortuum noluit. Vidit enim iohannes postea ius-
theamina: non tamen intravit: quia videlicet synagoga et
scripture sacre sacramenta cognouit: et tamen ad fidē pas-
sionis dominice credendo intrare distulit. Quem diu ioh-
se lateq; prophetam: presentem vidit et recipere renouit

**Apłoz cur⁹
ad monumen-
tum nō vacat
a mysterio.**

i. Cor. xv. f.

**Johannes ci-
tius petro ad
monumentū
currens syna-
gogā respēn-
tavit.**

Homelia. xxij. Fo. lxxvij.

hominem esse desperxit: deum carne mortalem factus cre-
dere noluit. Quid ergo est nisi quia et citius cucurrit: et ta-
men ante monumentum vacua stetit. Venit autem simon monumētum
petrus sequens eum: et introiuit in monumentum: quia se-
cunda posterior ecclesia gentium mediatorum dei et homi-
num: hominem Iesum christum et cognouit carne mor-
tuum: et uiuentem credidit deum. Uidit lintheami-
na posita: et sudarium quod fuerat super caput eius: non
cum lintheaminibus positum: sed separatim inuolutum in
vnum locum. Quid esse fratres credimus: quod sudarium cas-
pium domini cum lintheaminibus non inuenitur in monu-
mento: nisi quia paulo attestante caput christi deus: et di-
uinitatis incomprehensibilia sacramenta ab infirmitatis
nostre cognitione disiuncta sunt: eiusque potentia creature
transcendit naturam. Et notandum quod non solum separa-
tum: sed et inuolutum inueniri dicitur in vnum locum.
Lintheum quippe quod inuolutum: eius nec initium: nec
fines aspicitur. Recte ergo sudarium capitis inuolutum in-
uenitur: quia celsitudo diuinitatis nec cepit esse: nec de-
luit: nec per initium nascitur: nec termino coangustatur.
Bene autem additur in vnum locum: quia in scissura mens-
tum deus non est. Deus quippe in unitate est: et illi eius
habere gratiam merentur: qui se ab iniuicem per sectarum
scandala non diuidunt. Sed quia solet per sudarium labo-
rantium sudor detergi: potest etiam sudarii nomine expris-
mi labor dei: qui in se quidem semper quietus: atque in-
commutabilis permanet: sed tamen laborare se denun-
ciat: cum duras hominum prauitates portat. Unde et per
prophetam dicit. Laboraui sustinens. Deus autem appa-
ruit in carne: laboraui ex nostra infirmitate. Quem labo-
rem passionis eius dum increduli viderunt: eum veterari
noluerunt. Quem enim videbant carne mortalem: dedis-
gnati sunt credere immortalem esse diuinitate. Unde eti-
am hieremias ait. Reddes eis vicem domine: iuxta opera
manuum suarum: dabis eis scutum cordis laborem tuum. Ne
enim predicationis specula eorum corda penetrarent: di-
uinitatis eius laborem dedignati sunt: quasi eundem labo-
rem illius proscuto tenuerunt: ut eo ad se transire ei⁹ vera-

1. Cor. xi. 9.

hiere. vlc.
Tre. iij. 8.

iii. iij.

Sancti Gregori pape.

Passio xpi lo
ge distat a
nostra.

ba nō permittet: quo eū laborare vsq; ad mortē uideret.
Quid autem nos nisi nostri capitis. i. dei membra sumus?
per lintheamina itaq; corporis laborū lamenta signatur.
que nunc electos omnes id est eius membra. construngunt.
Sudarū ergo quod super caput eius fuerat. seorsum inue
nitur: q; ipsa redēptoris nostri passio longe a nostra passio
ne disiuncta est. Quoniam ipse sine culpa pertulit: qd nos
cum culpa toleramus. Ipse spōte morti succumberē uoluit:
ad quā nos inuiti uenim⁹. Sequitur. (Tunc ergo introiit
et ille discipulus qui uenerat primus ad monumentū.) Post
q; intrauit petrus ingressus est et iohānes. Posterior intra
uit: qui prior uenerat. Notandū fratres est q; in fine munda
di ad redemptoris fidem etiam iudea colligef: paulo atte
stante qui ait. Donec plenitudo gentium intraret: et sic ois
israel saluus fieret. Et uidit et credidit. Quid fratres que
est mandus est credidisse? Nūquid q; dñs fur rex erat que
querebat. Nō utiq; q; adhuc tenebre erant ad monimen
tum: et subiuncta quoq; vba cōtradiciunt cum dicit. (Non
dum enim sciebant scripturas: q; oportet et eum a mortuis
resurgere.) Quid ergo uidit: et qd credidit: uidit linthea
mina posita: et credidit quod mulier dixerat de monumentis
to dominum fuisse sublatum. Qua in re diuine dispensatio
nis magnitudo pensanda est q; discipulorum corda et accē
duntur ut querant: et differunt ne inueniant: quatenus in
firmas a nimi ipso suo merore cruciamenta: et purgatio
ad inueniendum fiat: et tanto validius teneat cum inuenie
rit: q̄to tardius inuenit quod querebat. hec sub breuitate
fratres charissimi de euangelica lectione transcurramus.
Nunc restat ut de ipsa tante solennitatis nobilitate aliquid
loquamur. hanc enim recte nobilitatem solennitatis dicā
quia solennitates ceteras antecedit: sicut enim in sacro elo
quio sancta sanctorū uel cantica canticorū pro sui magnitudi
dine dicuntur: ita hec festiuitas recte dici potest solennitas
solennitatum. Ex hac quippe solennitate exemplum obis
resurrectionis datum est: spes celestis patrie aperta: fa
cta superni regni iam presumptibilis gloria. Per hanc ele
cti qui quis in tranquillitatis sinu: tamē apud inferni clau
stra tenebatur: ad paradisi amena reducti sunt. Quod au

Rom. xi. c.

Joh. xx.

paschalis so
lennitas dis
citur solenni
tas solennitatu

Homelia. xxij. Fol. lxxvij.

te passionem dixit: in resurrectione sua dominus implevit,
Si exaltatus fuero (inquit) a terra omnia traham ad me.
Omnia etenim traxit: qui de electis suis apud inferos nullis
reliquit. Omnia abstulit: utiq; electa. Neq; etenim infide-
les quosq; & pro suis criminibus eternis supplicijs deditos
adveniam dominus resurgendo reparavit: sed illos ex in-
ferni claustris rapuit: quos suos in fide & actibus recogno-
uit. Unde recte etiam p oream dicit. Ero mors tua o mors
ero mortuus tuus inferne. Id namq; quod occidimus: agi-
mus vt penitus non sit. Ex eo etenim quod mordemus: Christus fuit
partem abstrahimus / partemq; relinquimus. Quis ergo mors mortis
in electis suis funditus occidit mortem: mors mortis extis
rit. Quia vero ex inferno partem abstulit: & partē reliquit: feni.
no occidit funditus: sed in mordit infernum. At ergo ero
mors tua o mors ac si aperte dicat. Quis in electis meis
te funditus perimo: ero mors tua. Ero mortuus tuus infer-
ne: quia sublatis eis te ex parte trāffigo. Que est ergo ista
solemnitas que inferni claustra destruxit: et ianuas nobis
regni celestis aperuit. Inquiratur subtilius nomē eius: res-
quiritur egregius predicator. Videamus quid de ei⁹ esti-
matione denunciet. At enim. Etenim pascha nostrum im-
molarus est christus. Si ergo pascha christus: pensandum
nobis est quid de pascha lex loquitur: vt indagemus subti-
lius an de christo dicta videntur. Moyse quippe ait. Sus-
ment de sanguine agni: ac ponent super vtrumq; postem: &
in superliminaribus domorū in quibus comedent illum: et
edent carnes nocte illa assas igni: & azimos panes cum la-
cruca agrestibus / non comedetis ex eo crudum quid / nec
coctum aqua / sed assum tantum igni. Caput cum pedibus
etius & intestinis vorabit: nec remanebit ex eo quicq; vsq;
mane. Si quid residuum fuerit: igne cōburetis. Ubi et ad-
ditur. Sic autem comedetis illum. Renes vestros accinge-
tis / calciamēta habebitis in pedibus / tenentea baculos in
manibus / & comedetis festinātes. Que videlicet cūcta ma-
gnam nobis edificationem pariunt: si fuerint mystica inter-
pretatione discussa. Quid namq; sit sanguis agni non iam
audiendo sed bibēdo didicistis. Qui sanguis super vtrūq;
postem ponitur: quando non solum ore corporis: sed etiam

Jo. xij. e.

Osee. iij. d.
Christus fuit
mors mortis
& morsus in-
ferni.

i. Cor. v. q.

Exod. xij. b.
Agni pascha
is comestio.

Sancti gregozii pape.

ore cordis hauritur. In utroque etenim postea sanguis agni est positus: quando sacramentum passionis illius cum ore ad redemptionem sumitur: ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui sic redemptoris sui sanguinem accipit: ut imitari passionem illius necdum velit: in vano poste sanguinem posuit. Qui etiam in superluminariibus domo ponendus est. Quid enim spiritualiter domus nisi menses nostras accipimus in quibus per cogitationem habitamus. Cuius domus superluminare est ipsa interior: que preeminet actioni. Qui ergo interiorum cogitationis sue ad imitationem officii passionis dirigit: in superluminari domus agni sanguinem ponit. Vel certe domus nostre ipsa sunt corpora: in quibus quousque vivimus habitamus. Et in superluminari domus agni sanguinem ponimus: quia crucem passionis illius in fronte portamus. De quo adhuc agno subditur. Et edent carnes nocte illa assas igni. In nocte quippe agnum comedimus: quia in sacramento modo dominicum corpus accipimus: adhuc ab invicem nostras conscientias non videmus. Que tamen carnes agni assande sunt quia nimis dissolutis ignis carnea quas aqua coxerat: quas vero ignis sine aqua excoquit/roborat. Carnes itaque agni nostri ignis excoquit: quod cum ipsa vis passionis illius ad resurrectionem roboravit. Qui enim ex morte convaluit: videlicet carnes illius ab igne duruerunt. Unde etiam per psalmistam dicit. Exaruit velut testis virtus mea. Quid namque est testis ante ignem nisi molle lutum? Sed ei ex igne additur: ut solidetur. Virgo ergo huiusmodi virtutis eius velut testis exaruit: quod ab igne passionis nostri virtutem incorruptionis crevit: sed sola redemptionis non percepta sacramenta ad veram solemnitatem mentis non sufficiunt nisi eis quoque et bona opera ungantur. Quid enim prodest corpus et sanguinem illius ore percipere: et per universis moribus contrarie. Unde bene adhuc ad comedendum subditur. Et azimos panes cum lactucis agrestibus. Panes cuiusmodi sine fermento comedit: qui recta opera sine corruptione vane glorie exercet. Qui mandata miserie pietatis: quod quasi recte dispensat. Hoc quoque peccati fermens

Domus nostre quod spiritualiter representat.

Agno pascha se comedimus in nocte.

ps. xxi.

Panes azimos que comedere dicit.

Homelia. xxii. Fol. lxxi.

in bone sue actioni misceant: quib⁹ pphete uoce p incre-
pationem dominus dicebat. Venite ad bethel & impie agi-
te. Et q³ post pauca. Et sacrificate de fermētato laudē. De
fermētato nāq³ laudē immolat: qui deo sacrificiū de rapis-
na parat. Lactuce hō agri estes valde amare sunt. Carnes
ergo agni cum lactucis agrestib⁹ sunt edende: vt cū corp⁹
redēptoris accipimus: nos p peccatis nostris in fletib⁹ as-
tigamus: quatenus ipsa amaritudo penitencie: abstergat
a mētis stomacho peruerse humorē uite. Ubi & subdit. Nō
comedetis ex eo crudū quid nec coctū aqua. Ecce iam nos
ipsa uerba hystorie ab intellectu hystorico repellunt. Nū-
quid fratres charissimi israheliticus ille populus in egypto
cōstitutus comedere agnum crudū cōsueuerat: vt & lex dis-
cat. Nō comedetis ex eo crudum quid. Ubi & additur. nec
coctū aqua. Sed quid aqua nisi humanā scientiā designat
iuxta hoc quod per salomonē sub hereticorum uoce dicitur
Aque furtiue dulciores sunt. Quid crude agni carnes nisi
incōsideratam ac sine reuerentia cogitationis relicta illi⁹
humanitatem significant. Omne enī quod subtiliter cogi-
tamus: quasi mēte coquim⁹. Sed agni caro nec cruda edē-
da est: nec aqua cocta. quia redēptor noster nec purus hō
mo estimāndus est: neq³ per humanā sapientiā qualiter in-
carnari de⁹ potuit cogitāndus. Ois enim qui redemptorem
nostrum purum hominem credit. Quid iste aliud q³ agni
carnes crudas comedit: quas uidelicet coquere per diuini-
tatis eius intelligentiam noluit. Omnis uero qui incarnas-
tionis eius mysteria iuxta humanam sapientiam discute-
re conatur: carnes agni aqua uult coquere: id est dispensa-
tionis eius mysteria per dissolutam uult scientiam penetra-
re. Qui ergo paschalis gaudij sollemnitate celebrare de-
derat: agnum nec aqua coquat: nec crudum comedat: vt
neq³ per humanam sapiētiam profunditatem illius incar-
nationis penetrare appetat: neq³ in eum tanq³ in hominē
purum credat: sed assas igni carnes comedat: vt dispensa-
re omnia per sancti spiritus potentiam sciat: de quo ad-
huc recte subiungitur. Caput cum pedibus, et intestinis
uorabitis. Sicut iam p̄diximus fratres: paulo attestante
didicimus: q³ caput xp̄i deus est. Quis redēptor noster est

Amos. iij. b

p̄uer. ix. b

Agnum nec
aqua coqua-
mus: nec cru-
dum comeda-
mus.

i. Cor. xi.

Sancti Gregorii pape.

1. 11. 11. 11. 11

**Agni intesti-
na vorare. qd
est.**

**Eloquiū omne
sacri intelli-
gere difficulti-
mum est.**

Ps. liij.

Job. xl.

**Matth. vij. b
Calciamēta
habeamus in
pedibus quā-
do agnus pa-
schalem come-
demus.**

alpha et o. deus videlicet ante secula: et homo in fine seculi
lozum. Caput ergo agni vorare est diuinitatem illius fide
pcipere. Pedes ho agni vorare est vestigia humanitatis
ei? amādo et imitando perquirere. Quid ho sunt intestina
nisi verborum illius occulta et mystica mandata? Que tunc
voramus: cum verba vite cum auditate sumimus. In quo
deuotionis verbo quid aliud q̄ pigricie nostre torpor re-
prehenditur. Quia eius verba ac mysteria et per nosmet
ipso nō requirimus: et dicta ab alijs audimus inuiti. Non
remanebit ex eo quicq̄ vsq̄ mane: quia eius dicta magna
sunt sollicitudine discutēda: quatenus priusq̄ dies resurre-
ctionis appareat: in hac presentis vite nocte oia illi? man-
data intelligēdo et operando penetrēt. Sed q̄ valde est
difficile est vt omne sacrum eloquiū possit intelligi: et om-
ne eius mysterium penetrari: recte subsigitur. Si quid au-
tem remāserit: igne comburentis. Quod ex agno remanet
igne comburimus: quando hoc quod de mysterio incarna-
tionis eius intelligere et penetrare non possumus: potestas
et sancti spiritus humiliter referuamus vt non superbe
audeat vel contemnere vel denunciare quod nō intelligit
sed hoc igni tradit: cuz sancto spiritu referuat. Quia ergo
qualiter edendum sit pascha cognouimus: nunc a qualibet
edi debeat agnoscamus. Sequitur. Sic autem comedens
illum. Renes vestros accingetis. Quid in renibus nisi diles-
ctio carnis accipit. Unde et psalmista postulat dicens. Cre-
renes meos. Si enim voluptatem libidinis in renibus esse
nesciret: eos vti minime perisset. Unde quia potestas vna
bolt in humano genere maxime per luxurias preualuit: de
illo voce dhica dr. Potestas eius in lumbis ei?. Qui ergo
pascha comedit. habere renes accinctos dr: vt qui solennis
tatem resurrectionis atq̄ incorruptionis agit: corruptio-
nē iam per vitia nulla subiacet: voluptates edomet: car-
nitatem a luxuria restringat. Neq̄ enim cognouit que sit sol-
ennis incorruptionis: qui adhuc per incontinentiam corrup-
tionis subiacet. Hec quibusdam dura sunt: sed angusta por-
ta est que ducit ad vitam. Et habemus iam multa exēpla
continentium. Unde bene adhuc subditur. Calciamēta ha-
bebitis in pedib?. Quid sunt etenim pedes nostri: nisi ope

Homelia. xxij. Fo. lxx.

ra: quid vero calciamēta nisi pelles mortuorum animalū: Quā agnū ps
Calciamēta sūt pedes muniant. Que vero sunt mortua schalē comes
animalia ex quorum pellibus nostri muniantur pedes: ni- demus.
si antiqui patres qui nos ad eternam patrīā precesserunt.
Quorum dum exempla conspiciamus: nostri operis pedes
munimus. Calciamēta ergo in pedibus habere / est mor-
tuorum vitam conspiciere: et nostra vestigia a peccati vulne
recustodire. Tenentes baculos in manibus. Quid lex per
baculum nisi pastoralem custodiam designat. Et notandū
q̄ prius precipimur renes accingere: postmodum baculos
tenere. Quia illi debent curam pastoralem suscipere: q̄ tā
in suo corpore sciunt fluxa luxurie domare: vt cum alijs for-
tita predicant ipsi desiderijs mollibus eneruiter non succi-
bant. Bene autem subditur. Et comederis festinantes. No-
tate charissimi fratres: notate q̄ dicit festinantes. Manda-
ta dei / mysteria redemptoris / celestis patrie gaudia / cum
festinatione cognoscite: et precepta vite cum festinatione
implere curate. Quia enim adhuc hodie licet bene agere:
scim⁹: vtrum cras liceat: ignoramus. Festinantes ergo pa-
scha comedite id est ad solēnitatē patrie celestis anhelate.
Nemo in huius vite itinere torpeat: ne in patria locum p-
dat. Nemo moras ad appetenda studia innectat: ne mini-
me liceat implere quod inchoat. Si ad amorem dei pigri-
non sumus adiuuat ipse quem amamus iesus xps domin⁹
noster. Qui viuit et regnat. cum patre in vnitate spiritus
sancti deus per omnia secula seculorum Amen.

Celeritas
seu festinatio
commendat.

Lectio sancti euange- lij secundum Lucam.

Luce. xxij.

In illo tempore Duo ex
discipulis iesu ibant ipsa die in ca-
stellum quod erat in spacio stadio

Sancti Gregorii pape.

rum sexaginta ab hierusalem nomine emaus
et ipsi loquebantur ad inuicem de omnibus
his que acciderant. Et factum est dum fabu-
larentur et secum quererēt: et ipse iesus ap-
propinquans sibat cum illis. Oculi autem il-
lorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et
ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos con-
fertis ad inuicem ambulantes et estis tris-
tes? Et respondens vnus cui nomen cleo-
phas dixit ei. Tu solus peregrinus es i hie-
rusalem: et non cognouisti ea que facta sunt
in illa his diebus? Quibus ille dixit. Que?
Et dixerunt. De iesu nazareno: qui fuit vir
propheta potens in opere et sermone coram
deo et omni populo. Et quomodo tradide-
runt eum summi sacerdotes et principes no-
stri in damnationem mortis: et crucifixerunt
eum. Nos autem sperabam⁹ quia ipse esset
remptrurus israel. Et nunc super hec omnia
tertia dies est hodie & hec facta sunt. Sed
et mulieres quedam ex nostris terruerunt
nos: que ante lucem fuerunt ad monumen-
tum; et non inuento corpore eius: venerunt

Homelia. xxiij. Fo. lxxj.

dicentes se etiam visionem angelorum vidisse: qui dicunt eum viuere. Et abierunt quedam ex nostris ad monumentum et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non inuenerunt. Et ipse dixit ad illos. O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus que locuti sunt prophete. Nonne hec oportuit pati christum: et ita intrare in gloriam suam. Et incipiens a moyse et omnibus prophetis: iter perstabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant. Et ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiscum domine quoniam aduesperascit: et inclinata est iam dies. Et introiuit cum illis. Et factum est dum recumberet cum eis accepit panem et benedixit ac fregit: et porrigebat illis: et statim aperti sunt oculi eorum: et cognouerunt eum et ipse euanuit ab oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de iesu dum loqueretur nobis in via: et aperiret nobis scripturas. Et surgentes eadem hora regressi sunt in

Sancti Gregorij pape.
Iherusalem: et inuenerunt congregatos vi-
decim et eos qui cum ipsis erant dicentes:
q̄ surrexit dominus vere et apparuit simo-
ni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via:
et quomodo cognouerunt eum in fractione
panis.

Homelia eiusdē lectio-
nis habita ad populum i
basilica bti petri apostoli.
In crastino pasche.

Homelia. xliiij.

In quotidiana nobis solemnitate laborantibus
paucā loquēda sunt: et fortasse hęc vtilius pro-
derunt quia sepe et alimenta que minus suffi-
ciunt: auidius sumuntur. Lectionis ergo euan-
gelice summam sensum statui non per lingu-
sa verba discutere: ne dilectionē vestram valeat sermo pro-
lixior: expositionis onerare. Ecce audistis fratres charissi-
mi: quia duobus discipulis ambulātib; in via non
dem credentibus sed tamen, de se loquentibus: dominus
apparuit: sed eis speciem quam recognoscerent non ostē-
dit. hoc ergo egit foris dominus in oculis corporis: quod
apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. Ipsi namq; a-
pud semetipos intus et amabant / et dubitabant. Eis autē
sem dominus foris et presens siderat: et quis esset: nō ostē-
debat. De se ergo loquentibus presentiam exhibuit: sed
de se dubitantibus cognitionis sue speciem abscondit: vti

Homelia. xxiiij. Fo. lxxij.

ba quidem cōstat: duritiā intellectus increpauit. Sacre
scripture mysteria q̄ de se ipso erāt/aperuit: et tñ q̄ adhuc
in eorum cordibus peregrinus erat a fide: se ire longius
fecit. Frangere namq; componere dicimus: vnde et compo-
sitores luti sigulos vocamus. Nichil ergo simplex veritas
per duplicitem fecit: sed talem se eis exhibuit in corpore
quālis apud illos erat in mente. Probandi autem erant: si
hi qui cum et si necdum vt deūm diligere: saltim vt per-
egnam amare potuissent. Sed quia esse extranei a chari-
tate non poterant: hi cum q̄ons veritas gradiebatur: eum
ad hospitium quasi peregrinum vocāt. Cur autem dicim⁹
vocat: cum illic scriptum sit (et coegerunt eum) Ex quo ni-
mirum exemplo colligitur: quia peregrini ad hospitium non
solum inuitandi sunt: sed etiam trahendi. Mensam ponunt
et panes/cibosq; offerunt: et deūm quem scripture sacre ex-
positione non cognouerant: in panis fractione cognoscunt.
Audiedo q̄ p̄cepta dei illuminati nō sūt faciēdo illuminati
sunt: q̄ scriptū est. Nō auditores legis iusti sunt apud dei:
s; factores legis iustificabūtur. Qui ergo vult audita intel-
ligere festinet ea q̄ iā intelligere potuit/opere implere. Ecce
dominus nō est cognitus/dū loq̄ eretur: et dignatus est
cognosci dum pascitur. Hospitalitatem ergo fratres chari-
tati diligite: charitatis opera amate. hic enim per paulū
dicitur. Charitas fraternitatis maneat in vobis et hospiti-
tatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt q̄dam
angelis hospitio receptis. hinc petrus ait. Hospitales inui-
tem sine murmuratione. hinc ipsa veritas dicit. Hospes sur-
rum nobis relaxatione tradita. Quidam pater familias cū
tota domo sua magno hospitalitatis studio seruiebat. Cum
q̄s quotidie ad mensam suam peregrinos susciperet: quodā
die peregrinus quidem inter alios aduenit: ad mensā di-
cens est. Dumq; pater familias ex humilitatis consuetudi-
ne a quā vellet in eius manibus fundere: conuersus viceuz
accepit: sed repente eum in cuius manibus aquam funde-
re voluerat: non inuenit. Cumq; hoc factum secum ipse mi-
raretur: eadem nocte ei dominus per visionem dixit. Cete-
ra diebus me in membris meis/hesterno autem die me in

kkk. l.

Figere quid
significat.

peregrini sūt
ad hospitium
trahendi.

Ad ro. ij. d.

Ad hebre.
Eiij. a.
i. pe. iij. b.
Mat. xxy. d.

Sancti Gregorii pape


Mat. xxy. b.

Hospitē susci-
piens suscipit
xp̄m.

memetipso suscepisti. Ecce in iudicijs veniens dicit. Quod
vni ex minimis meis fecistis / mihi fecistis. Ecce ante iudi-
cium cum per membra sua suscipitur / susceptores suos etiam
per semetipsum requirit: et tamen nos ad hospitalitatis
gratiam pigri sumus. Pensate fratres ista hospitalitatis
virtus sit. Ad mensas vestras christum suscipite: vt vos ab
eo suscipi ad cōiuijs eterna valeatis. Prebete modo pere-
grino christo hospitium: vt vos in iudicio non quasi peregrini
nos nesciat: sed vt p̄rios recipiat ad regnum: ipso adiur-
uante qui viuit et regnat deus in secula.

Lectio sancti euangelij se- cundum Iohannem.

Jo. xxi.



In illo tēpore. Ma-
nifestauit se iterum iesus di-
scipulis suis ad mare tyber-
riadis. Manifestauit autem
sic. Erant autē simul symon
petrus et thomas qui dicitur
didimus: et nathanael q̄ erat a chana galilee
et filii zebedei et alij ex discipulis eius duo.
Dicit eis symon petr⁹. Glado piscari. Dicis
ei. Venimus et nos tecū. Et exierunt et ascē-
derunt in nauē: et illa nocte nihil prēdiderūt.
Mane autem iā facto stetit iesus in littoꝝ:
nō tamen cognouerūt discipuli: qz iesus est
Dicit ergo eis iesus pueri nunquid pulmen

Homelia. xxiiij. Fo. lxxiiij.

tarium habetis? Responderunt ei. Non. Et dixit eis Mittite in dexteram nauis rhibete et inuenietis. Miserunt ergo: et iam non valebant illud trahere pre multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat iesus petro. Dominus est. Symon ergo petrus cum audisset quia dominus est: tunica succinxit se. Erat enim nudus: et misit se in mare. Alii autem discipuli nauigio uenerunt. Non enim longe erant a terra: sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium. Et ergo descenderunt in terram uiderunt prunas positas: et piscem suppositum et panem. Dixit eis iesus. Afferte de piscibus quos pcedidistis nunc. Ascendit symon petrus: et traxit rhibete in terram plenum magnis piscibus. Et cum scibus cetum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent non est scissum rhibete. Dixit eis iesus. Venite prandete. Et nemo audebat discumbentiam interrogare eum tu quis es: scientes: quia dominus est. Et uenit iesus et accepit panem et dabat eis: et piscem similitur. Hoc iam tertio manifestatus est iesus discipulis suis cum surrexisset a mortuis.

Sancti Gregorij pape.
Homelia lectionis eiusdem
habita ad populum in
basilica beati laurentij. fe-
ria quarta pasche.

Homelia. xliij.

Luce. ix. 8

Petrus quare
post conversionem
suam ad piscationem
redit matheus
autem ad officium
suum non re-
versus est.
Mat. xliij. c.

Lectio sancti euangelij que modo in auribus vestris lecta est fratres in ei questione, animus pulsatur: sed pulsatione sue vim discretionis indicat. Queri etenim potest: cur petrus conversionem ad piscationem rediit: et cum veritas retro non mittens manum suam ad aratrum et aspiciens retro aptus est regno dei: cur repetit quod dereliquit. Si si veritas discretionis inspicitur: cito videtur: quod nimirum negotium quod ante conversionem sine peccato exitit: hoc etiam post conversionem repetere culpa non fuit. Nam piscatorem petrum / matheum vero thelonearium scimus. Et post conversionem suam ad piscationem petrus rediit. Matheus vero ad thelonei negotium non rediit. Quia aliud est victum per piscationem querere: aliud autem thelonei lucris pecunias augere. Sunt enim plura que negotia: que sine peccatis exhiberi aut vitare aut nullatenus possunt. Quare ergo ad peccatum implicat: ad hec necesse est ut post conversionem animus non recurrat. Queri etiam potest: cur discipulis in mari laborantibus post resurrectionem suam dominus in littore stetit: qui ante resurrectionem suam etiam discipulis in fluctibus maris ambulavit. Cuius resurrectio festine cognoscitur: sit ipsa que tunc merat causa perit. Quid enim mare nisi presens seculum signat: quod casurum tumultibus: et vindis vite corruptibilis illidit. Quare per sollicitatem lititoris: nisi illa perpetuas queris eterne fuerit. Quare ergo discipuli adhuc fluctibus moralis vite inerrant: in mari laborabant: Quare autem redemptor noster iam correptione carnis

Homelia. xxiii. Fo. lxxiii.

cesserat: post resurrectione sua in litore stabat. Ac si ipsu
 resurrectionis sue mysteriu reb⁹ discipulis loqueret dicea
 ra vobis in mari non appereo: qz vobiscu in pturbationis
 fluctibus non sum. hinc est quod alio in loco post resurre-
 ctionem sua eisdem discipulis dicit. hec sunt verba que locu
 tus sum ad vos: cum adhuc essem vobiscum. Neqz enim est
 ipis non erat: quibus presens corporaliter apparebat: sed
 tamen iam esse cum ipsis denegat: a quorum mortali cor-
 pore carnis immortalitate distabat. Quod illic cum ipsis
 positus fatetur no se esse cum ipsis hoc quoqz hic situ cor-
 poris indicat: cum adhuc eis nauigantibus esse se ia in lit-
 tore demonstrat. Facta est autem discipulis piscationis
 magna difficultas: vt magistro veniente heret admiratio
 nis magna sublimitas. Qui ptinus dicit. (Mittite in dexte-
 ram nauigij rhete: et inuenietis). Bis in sancto euangelio
 legitur quia dominus iussit vt ad piscandum rhetea mitte-
 rentur: ante passionem videlicet et post resurrectionem.
 Sed priusqz redeptor noster pateretur et resurgere: mit-
 ti quidem rhete ad piscandum iubet: sed vtrum in dexte-
 ra an in sinistra mitti debuisset no iuby. Post resurrectione
 vero discipulis apparēs mitti rhete in dexteram iubet. In
 illa piscatione tanti capti sunt vt rhetea ruperentur. In ista
 autem et multi capti sunt: sed rhetea rupta non sunt. Quis
 vero nesciat bonos dextra et malos sinistra figurari. Illa
 re debeat non iubetur: presentem ecclesiam designat que
 bonos simul ac malos colligit: nec eligit quos trahat: quia
 et quos eligere possit ignorat. hec autem piscatio post do-
 mini resurrectionem facta in solam dexteram iussa est: quia
 ad videndam claritatis eius gloriam sola electorum eccle-
 sia pertingit: que de sinistro opere nihil habebit. In illa pi-
 scactione pre multitudine piscium rhete ruperunt: quia nunc
 ad confessionem pre multitudinem electis reprobi tanti in-
 trant: qui ipsam fidei etiam cum electis reprobi tanti in-
 ista vero piscatione et multi pisces et magni capiunt: et
 rhete non rumpitur: quia sancta electorum ecclesia in con-
 stantia auctoris sui pace requiescens nullis iam dissensio-
 nibus dilan iatur. Captis autem tam magnis piscibus qz

Luce. xxiii. f

piscari seu ad piscandū rhe-
tia mitti bis dominus les-
gatur iussisse.

Sancti Gregorij pape.

scendit symon petrus: et traxit rhete in terram. Jam credo q̄ vestra charitas aduertat: quid est q̄ petr⁹ rhete ad terrā trahit. Ip̄si q̄ppe facta ecclesia est: missa ip̄i q̄ppe specialiter dicitur. Symon iohannis amas me: p̄isce oues mess. Quod ergo postmodum aperitur in voce: hoc nunc signatur in opere. Quis ergo p̄dicator ecclesie nos a mundi huius fluctibus separat: nimirū necesse est vt rhete ple num piscibus petrus ad terram ducat. Ip̄se enim p̄sces ad soliditatē sitrozis pertrahit: quia sancte predicationis voce stabilitatem eterne patrie fidelibus ostendit. hoc egit verbis: hoc ep̄istolis: hoc agit quotidie miraculose signis. Quotiens per eum ad amorem q̄etis eterne conuertitur: q̄d quotiens a terrenarum rerum tumultibus separatur: q̄d aliud q̄ missi intra rhete fidei vt p̄sces ad littus trahimur. Sed cum rhete magnis piscibus plenum dicitur: additur et quantis scilicet centum quinquaginta tribus. In magno mysterio numerus nō vacat. Sed intentos vos tanti mysterij profunditas expectat. Neq̄ enim quantitatis summi solerter euangelista exprimeret: nisi hanc sacramento plenam esse indicasset. Scitis nāq̄ q̄ in veteri testamento omnis operatio p̄ decalogi mandata precipitur: in nouo autem eiusdem operationis virtus per septiformē gratiam sancti spiritus multiplicatis fidelibus datur: quem propheta denunciāns dicit. Spiritus sapientie et intellectus: spiritus consilij et fortitudinis: spiritus scientie et pietatis: et repleuit eum spiritu timoris domini. Sed ille in hoc spiritu operationē percipit: qui fidem trinitatis agnoscat: vt et patrem et filium et eundem spiritum sanctū vnus virtutis credat: vnus substantie esse fateatur. Quia ergo septem (que superius diximus) per nouum testamentum lastra virtus et operatio per decem et septem potest plenē comprehendī. Ducamus ergo per trigonum decem et septem et veniant quinquaginta vnum. Qui profecto numerus a magno mysterio non vacat: quia in testamento veteri legimus: q̄ annus quinquagesimus iubilus vocari iussus est. In quo videlicet cunctus populus ab omni operatione quiesceret. Sed vera requies in vnitate est. Diuidi

Jo. xxi. d.]

Rhete: petri
plenum fuit
clij. piscibus
quare hoc.

Isa. xli. a,

Leui. xxv. b.
Ann⁹ quinquagesimus
voca
tur iubilus.

Homelia. xxiiiij. Fo. lxxv

quippe vnum non potest: vbi eniz scissura diuisionis est: ve-
ra requies nō est. Ducamus ergo per trigonum quinquas-
ginta & vnum: & sunt, ciiij. Quia ergo et omnis nostra ope-
ratio in fide trinitatis exhibita ad requiem tendit: decem
& septem ter ducimus: vt ad quinquaginta & vnum venire
debeamus. Et quia vera nostra requies tunc est: cū ipsam
tam claritatem trinitatis agnoscimus: quam in vnitare di-
uinitatis esse certū tenemus. Quinquaginta & vnum ter du-
cimus: & electorū summā in superna patria quasi centum
quinquaginta trilium piscium numeri tenemus. Post resur-
rectionem ergo domini missum rhete dignum fuit vt tot pi-
sces caperent: quot solimodo electos ciues superne patrie
designarent. Inter hoc vero et hesternā sancti euangelij
lectio: et hodierna nos ammonet: vt vigilanter debeamus
inspicere: cur dominus et redēptor noster post resurrectio-
nem suā piscem assum legitur comedisse. Nō enim vacat a
mysterio: quod iterat in facto. In hac etenim lectioe panem
& assum piscem: in illa vero que hesternō die lecta est: cum
asso pisce etiaz fauum mellis comedit. Quid autem signa-
re piscem assum credimus: nisi ipsuz mediatorē dei & ho-
minum passum: ipse em latere dignatus est in aquis gene-
ratione assatus est tēpore passionis sue. S; qui piscis assus
heri dignat⁹ est in passiōe: fauus mellis nobis extitit in re-
surrectione. Aliqui in pisce asso figurari volunt tribulatio-
nē passionis sue: in fauo ei mellis vtrāq; naturā exprimere
voluit p̄sone sue. Fauus quippe mel in cera est. Mel hō in
cera est diuinitas in hūanitate: q̄b ab hac quoq; lectioe nō
discrepat: nā piscē comedit & panē. Qui em assari vt piscis
potuit ex humanitate: pane nosr̄ eicit ex diuinitate. Qui
ait. Ego suz panis viuus q̄ de celo descendi. Assuz ergo pi-
scem comedit & panē. vt ipse suo cibo nobis ostenderet: q; &
passionem ex nostra humanitate pertulit: & refectionē no-
stram ex sua diuinitate procurauit. Quod si vigilanter in-
spicimus: nobis quoq; qualiter ad imitandum congruat vi-
demus. Sic enim sua facta redemptor indicat vt imitatio-
nis viam nobis sequentibus sternat. Ecce in cibo suo do-
minus noster pisci asso coniungere fauum voluit: quis vt

Joh. xxi.
Luce. xxiiij.

Joh. vi. e.

pisci asso q̄re
dñs fauum cō
iunxit.

Sancti Gregorij pape.

Luce. xxiij. e

Amici possunt
dici etiam q̄ p
sequuntur.

Sancti gregoris pape.

1. Joh. iij. d.

Luce. iij. b.

Holm dignitas magna e q amici dei vocantur.

Mat. xx. c.
Dulcis non meruit q non gustavit amara.

psal. cxxxvij

ri debeat: vnde clarescat: in persecutionis tempore mori se dilectione valeamus. Certe idem iohannes dicit. Qui habuerit substantiam mundi huius: et viderit fratrem suum necessitatem habere: et clauerit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo. hinc etiam iohannes baptista ait. Qui habet duas tunicas det non habenti. Qui ergo tranquillitatis tempore non dat pro deo tunicam suam: quando in persecutionis tempore daturus est animam suam: Virtus ergo charitatis vt inuicta sit in perturbatione: multiplicatur per misericordiam in tranquillitate. Quatenus omnipotenti deo primum discat sua impendere: postmodum se. Sequitur. (Vos amici mei estis) O ista est misericordia conditoris nostri. Serui digni non sumus: et amici vocamur. Quanta est dignitas hominum esse amicos dei. Sed audistis gloriam dignitatis: audite: et laborem certaminis. (Si feceritis que ego precipio vobis: amici mei estis si ea que precipio vobis facitis. Ac si apte dicat. Gaudeatis de culmine: pensate quibus laboribus peruenitur ad culmen. Certe dum filij zebedei interueniente matre quererent: vt vnus a dextris dei et alius a sinistris sedere debuissent: audierunt. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. Jam locum celsitudinis que rebant: ad vltimam illos veritas reuocat per quam ad celsitudinem venirent. Ac si dicatur. Jam locus delectat celsitudinis: sed prius via exerceat laborum per calicem pertingitur ad maiestatem. Si mens vestra appetit quod demulcet: prius bibite quod dolet. Et sic per amarum poculum confessionis: peruenitur ad gaudium salutis. (Jam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos: quia omnia quecumque audiui a patre meo: nota feci vobis.) Que sunt omnia que audiuit a patre suo: que nota fieri voluit seruis suis: nisi vt efficere amicos suos: nisi gaudia interne charitatis: nisi vt la festa superne patrie / que nostris quotidie mentibus per aspirationem sui amoris imprimit. Dum enim apudta sua per celestia amamus: amata iam nouimus: quia amore ipse noticia est. Omnia ergo eis nota facerat: quia a terrenis desiderijs imutari amoris: summi facibus ardebat. Istos vero amicos dei aspexerat propheta: cum dicebat. Mihi autem

Homelia. xxvij. Fo. lxxxvij.

in honore sunt amici tui deus. Amicus enim quasi ami-
cus custos vocatur. Et ergo psalmista prospexit electos dei
a mundi huius amore separatos: custodire in mandatis ce-
lestibus voluntatem domini: miratus est amicos dei dicentes
Quid tibi autem nimis honorificati sunt amici tui deus. Et tan-
quam ab eo primum causas honoris tanti nobis insinuari que-
reremus: illico adiunxit: nimis confortatus est principatus
eorum. Ecce electi dei carnem domant: spiritus robotat: de-
monibus imperant: virtutibus coruscant: pernitia despiciunt:
eternam patriam cum voce et motibus predicant: eam etiam
motiendo diligunt: atque ad illam per tormenta pertingunt
Occidi pernitia: et flecti nequeunt: nimis ergo confortatus est principatus
eorum. In ista ipsa passione qua ceciderunt in mortem
carnis: videte quantum fuerit culmen metis. Unde hoc nisi quod con-
fortatus est principatus eorum. Sic magni fortissimi pauci sunt
subiunxit. Dinumerabo eos: et super harenam multiplicabuntur
Totum mundum fratres aspiciat: martyribus plenus est. Ita
pene tot qui videamus non sumus: quod veritatis testes
habuimus. Deo ergo numerabiles: nobis super harenam mul-
tiplicati sunt qui quanti sunt: a nobis apprehendi non possunt. Sed
quisquis ad hanc peruenit dignitatem ut amicus vocetur dei: sese
in se conspiciat: dona autem que percepit super se: nihil suis meri-
tis tribuat: ne ad inimicicias erumpat. Unum et subditur. Non
vos me elegistis: sed ego elegi vos: et posui vos: ut eatis: et
fructum afferatis. Posui ad gratiam: plantaui: ut etatis volen-
do fructum afferatis operando. Eat is enim volendo dixi: quod
velle aliquid facere iam mente ire est. Qualis vero fructum
afferre debeant: subditur. Et fructus vester maneat omni-
ne quod secundum presens seculum laboramus: virisque ad
mortem sufficit. Mors namque interueniens fructum nostri
laboris abscindit: quod vero pro eterna vita agitur: etiam
post mortem seruetur: et tunc apparere incipit: cum labo-
rum carnalium fructus ceperit non videri. Ibi ergo illa re-
tributio inchoat: ubi ista terminatur. Quisquis ergo iam eter-
na cognouit: apud eius animum iam temporales fructus vilescant
Quales fructus operemur: qui maneant: tales fructus ope-
remur: qui cum mors cuncta inferunt: ipsi exordium a mor-
te sumant. Nam quod a morte incipiat fructus dei: testatur

Amicus autem
custos vos
catur.

psal. cxxxvij

Mors non erit
pitur quod pro-
pter eternam vi-
tam agitur

mm. i.

Sancti Gregorii pape

Psal. cxxvi.

propheta qui dicit. Cum dederit dilectis suis sōnum: hec est hereditas domini. Omnis q̄ dormit in morte perdit hereditatem: sed cum dederit dilectis suis sōnum: hec est hereditas domini. Quis electi dei postq̄ peruenierint ad mortem tunc inueniunt hereditatem. Sequitur. (Ut quodcumq̄ petieritis patrem in nomine meo: det vobis. Ecce hic dicit: quodcumq̄ petieritis patrem in nomine meo: det vobis.

Joh. xiiij. e.

Rursum alibi per eundem euangelistā: dicit. Si quid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis: vsq̄ mō nō petistis quicq̄ in nomine meo. Si omē q̄ petimus in nomine filij dat nobis pater: q̄d ergo est q̄ paulus ter dñm rogauit: et exaudiri nō meruit: sed dictum est illi. Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Nunquid ille tā egregius predicator in filij nomine non petijt. Quare autem nō accepit quod petijt. Quomodo ergo verū est: quia quid petierimus patrem in nomine filij dat nobis pater: si

ij. Ad. cor. xij. c.

autferri a se angelum sathane petijt apostolus in nomine filij: et tamen quod petijt non accepit. Sed quia nomen filij iesus est: iesus autem saluator vel etiam salutaris dicitur: ille ergo in nomine saluatoris petijt: q̄ illud perit quod ad veram salutē pertinet. Nā si id q̄ non expeōdit petitur nō in nomine iesu petitur pater. Un̄ et eisdē apostolis ad huc infirmantibus dominus dicit. Usq̄ modo non petistis in q̄ in nomine meo. Ac si aperte diceretur. Non petistis in nomine saluatoris: q̄ nescitis querere eternā salutem: et est q̄ et paul⁹ nō exaudif: q̄ si liberaretur a tēratione: et nō pdesset ad salutē. Ecce vidim⁹ fratres charissimi q̄ multū ad solennitatē martiris iuuenistis: genus flectitis: peccatū funditis: voces orationis ac confessionis emittitis: faciem lacrimis rigatis. Sz pensate q̄so petitiones vestras: videte si in nomine iesu petitis idest si gaudia salutis eterne postularis. In domo enī iesu/iesum nō queritis si interitans tēplo impoꝛtune pro tēporalibus oratis. Ecce alius in oratione querit vxorem: alius petit villā: alius postulat vestem alius dari sibi deprecatur alimentum. Et quidem cum habemus q̄ ex mādato eiusdem nostri redemptoris accepimus. Querite primum regnum dei: et iusticiā eius: et hoc

Jes⁹ saluator vel salutaris dicitur.

Joh. xvi.

et tamen quod petijt non accepit. Sed quia nomen filij iesus est: iesus autem saluator vel etiam salutaris dicitur: ille ergo in nomine saluatoris petijt: q̄ illud perit quod ad veram salutē pertinet. Nā si id q̄ non expeōdit petitur nō in nomine iesu petitur pater. Un̄ et eisdē apostolis ad huc infirmantibus dominus dicit. Usq̄ modo non petistis in q̄ in nomine meo. Ac si aperte diceretur. Non petistis in nomine saluatoris: q̄ nescitis querere eternā salutem: et est q̄ et paul⁹ nō exaudif: q̄ si liberaretur a tēratione: et nō pdesset ad salutē. Ecce vidim⁹ fratres charissimi q̄ multū ad solennitatē martiris iuuenistis: genus flectitis: peccatū funditis: voces orationis ac confessionis emittitis: faciem lacrimis rigatis. Sz pensate q̄so petitiones vestras: videte si in nomine iesu petitis idest si gaudia salutis eterne postularis. In domo enī iesu/iesum nō queritis si interitans tēplo impoꝛtune pro tēporalibus oratis. Ecce alius in oratione querit vxorem: alius petit villā: alius postulat vestem alius dari sibi deprecatur alimentum. Et quidem cum habemus q̄ ex mādato eiusdem nostri redemptoris accepimus. Querite primum regnum dei: et iusticiā eius: et hoc

Matth. vi. d.

mus. Querite primum regnum dei: et iusticiā eius: et hoc

Homelia. xxvij. Fo. lxxxix.

omnia adijciuntur vobis. Et hec itaq; a iesu petere nō est errare: si tñ non nimie petantur. Sed adhuc qđ est: graui⁹ alius postulat mortem inimici: eumq; quem gladio non p̄t p̄sequitur oratiōe. Et viuit adhuc qđ maledicitur et tñ is qđ maledicit: iā de morte illius reus tenet. Iubet autē deus vt diligatur inimicus: et tñ rogat de⁹ vt occidat inimicum. Quis itaq; sic orat: in ipsis suis p̄cib⁹ p̄tra cōdito rē pugnat. Unde ⁊ sub iude specie dicit. Fiat oratio ei⁹ in peccatū. Oratio aut̄ in peccatū est illa petere que phibet ipse qui petitur. Hinc veritas dicit. Cum statis ad orandū remittite si quid habetis in cordibus vestris. Quam virtutem remissionis apertius oñdimus: si vnū testimoniū testamenti veteris p̄feramus. Certe cū iudea conditoris sui in sticiam culpā erigētib⁹ offendisset: p̄phetā suū ab oratione dñs prohibet dicēs. Nō assumes laudē ⁊ orationem p̄ eis. Si moyses ⁊ samuel steterit corā me: nō est aia mea ad populū istum. Quid est qđ intermissi: relictisq; tot patrū rum mira obrinendū virtus ostenditur: dum nec ipsi posse intercedere dicuntur. Ac si aperte dominus dicat: nec illos audio quos propter magnum petitionis sue meritum minime contemno. Quid ergo est qđ moyses et samuel ceteris patribus in postulatione preferuntur: nisi qđ hi duo tantūmodo in cuncta testamēti veteris serie etiam p̄ inimicis suis leguntur exorasse. Unus a populo lapidib⁹ impetit: et caput deicitur: ⁊ tñ petitus vt exoraret fatetur dicēs. Ab sit a me hoc p̄cū in dño: qđ min⁹ cessem orare p̄ vobis. Si moyses ⁊ samuel steterit corā: me nō est aia mea ad populū istum. Ac si aperte dicat. Nec illos modo pro amicis audio quos magne virtutis merito orare et pro inimicis scio. Virtus ergo vere orationis est celsitudo charitatis. Et tūc quisq; quod recte petit: adipiscitur: cum eius anim⁹ in peccatione: nec inimici odio suscat. S; plerūq; reluctatē animū vincimus sed etiam p̄ inimicis oramus. Effudit oēs pro aduersariis precē: sed vtiā cor teneat: amorē. Nā sepe ⁊ orationē p̄ inimicis n̄ris ipedim⁹: s; hāc ex preceptione potissim⁹ qđ ex charitate. Nāz vitā inimicorū petim⁹: ⁊ tñ nem m m. ij.

Mat. v. g.

ps. cvij.

Ma. xi. d.

hiere. viij. d.

Moyse ⁊ samuel soli leguntur in veteri testamento, pro inimicis orasse.

Sancti Gregorij pape.

Judex inter:
nus mētē po:
tius conside:
rat q̄ verba

Mat. vi. b.

exaudiamur timemus. Sed q̄ intern⁹ iudex mētē port⁹
q̄ verba cōsiderat: pro inimico nil postulat: q̄ p̄ eo ex cō
ritate non orat. Sed ecce in nos grauit̄ inimicus deliq̄
dāna intulit: iuuantes iesu: amantes persecutus est. Re
tinenda hec essent: si remittenda nobis delicta non essent

Aduocatus enim noster precem nobis in causa nostra p̄
suis et ipse eiusdem iudex est: qui aduocatus. prec̄i aurem
quam composuit: conditionem inseruit dicens. Dimitte no
bis debita nostra. &c. Q̄ ergo ipse iudex venit q̄ aduoca
tus extitit: ipse precem exaudit qui fecit. Aut ergo nō facie
tes dicim⁹: dimitte nobis debita nostra: sicut: & nos dimit
timus debitoribus nostris: et nosmetipsos hoc dicendo am
plius ligamus. Aut fortasse conditionem hanc in oratione
intermittimus: & aduocatus noster precem quam cōposuit
non recognoscit: atq̄ apud se p̄tinus dicit. Scio q̄d monui
non est ipsa oratio quam fecit. Quid ergo agendum est no
bis fratres: nisi vt vere charitatis affectū ipendamus fra
tribus: nulla in corde malicia: maneat. Cōsiderat oportet
deus erga p̄ximuz charitatem nostraz: vt nostris impedat
iniquitatibus pietatem suam. Nemento q̄ monemur. Dis
mittite: et dimittetur vobis. Ecce debetur vobis: & debet
mus. Dimittamus ergo quod debet nobis: vt dimittatur
quod debetur a nobis. Sed ad hoc mens renititur: et vult
implere q̄d audit: & tñ reluctat. Ad martyris t̄bam confisi
mus: q̄ ad celeste regnum ex qua morte peruenerit: scimus
Nos si pro xpo corpus non ponimus: saltem animū vincas
mus. Placatur deus isto sacrificio: approbati in iudicio pie
tatis sue: victoriam pacis nostre. Certamen enī nostri cot̄
dis aspicit: et q̄ post vincētes remunerat: nunc decertantes
iuuat iesus christus dominus noster: qui viuit et regnat in
v̄nitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculoz.

Charitatis
vere affectū
fratribus im
pendere des
bemus.

Luce. vi. f.

Lectio sancti euangelij secundum Iohannem.

Joh. iiii.

In illo tempore. Erat quidem regu
lus cuius fili⁹ infirmabatur caphar
naum. Hic cum audisset quia iesus

Homelia. xxviii. Fo. xc.

venire a iudea in galileam abiit ad eum: et rogabat eum: ut descenderet et sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad eum. Nisi signa et prodigia videritis: non crederis. Dicit ad eum regulus. Domine descende prius quam moriatur filius meus. Dixit ei iesus. Glade filius tuus vivit. Credidit homo sermoni quem dixit iesus: et ibat. Jam autem eo descendente serui occurrerunt ei: et nuntiaverunt dicentes: quia filius eius viveret. Interrogabat autem horam ab eis in qua melius haberat. Et dixerunt ei. Quia hodie hora. vii. reliquit eum febris. Cognovit ergo pater: quia illa hora erat in qua dixerat ei iesus filius tuus vivit. Et credidit. ipse et domus eius tota.

Homelia lectionis eiusdem habitae ad populum in basilica sanctorum nerei et achilei die natalis eorum.

Homelia. xxviii.

lectio sancti euangelii quam modo fratres audistis expositione non indiget. Sed ne hac tacite preterisse videamur exhortando: potius quam exponendo in ea aliquid loquamur hoc autem solum modo de expositione video esse requirendum curis
mm. iij.

Sancti Gregorii pape

q̄ ad salutē filio petēdā venerat/audiuit. Nisi signa ⁊ p̄digia videritis nō credetis (Qui ei salutē filio q̄rebat: p̄culis dubio credebat. Neq̄ ei ab eo quereret salutē quē nō crederet saluatorē. Quare ergo dī/nisi signa ⁊ p̄digia viderit a: nō credetis q̄ ante credidit q̄ signa videret. S; memē tote q̄d petūt ⁊ apte cognoscetis: qz in fide dubitauit: popo scit nāq; vt descēderet: ⁊ sanaret filiū eius. Corporalē ergo p̄sentia dñi querebat: q̄ per sp̄ritum nūq; deerat. X̄pus itaq; in illo credidit: quē nō putauit posse salutē dare: nisi p̄sens esset ⁊ corpore. Si enī p̄fecte credidisset p̄culdubio scīret: qz nō esset locus vbi non esset deus. Ex magna ergo parte diffusus est: quia virtutem non dedit maiestati: sed p̄sentie corporali. Et salutem itaq; filio petūt: et tamē in fide dubitauit: quia eum ad quem venerat et potentem ad curandum credidit: et tamen morienti filio esse absentem putauit. Sed dominus q̄ rogatur vt vadat: qz nō desit vbi inuitat: indicat. Solo iussu salutē reddidit: q̄ voluntate ola creauit. Qua in re hoc est nobis solerter intuendū: q̄ sicut euāgelista alio testante didicimus: cēturio ad dñz venit dīcēs: Dñe puer me⁹ iacet paralitic⁹ in domo: ⁊ male torquetur. Cui a iesu p̄tinus respondet. Ego veniā ⁊ curabo eum. Quid est q̄ regul⁹ rogat vt ad ei⁹ filiū veniat ⁊ tamen ire corporaliter recusat: ad seruū vero cēturionis nō inuitatur ⁊ tamen se corporaliter ire pollicetur. Reguli filio per corporalem p̄sentiam non dignatur adesse cēturionis seruo dignatur occurrere. Quid est ergo hoc nisi q̄ superbia nostra reconditur: qui in hominibus non naturam qua ad imaginem dei facti sunt: sed honores ⁊ diuitias veneramus. Cūq; p̄sam⁹ q̄ circa eos sūt: negligim⁹ p̄sare ipsos eo p̄fecto q̄ interiora minime prouidem⁹: dñi ea cōsideram⁹ q̄ i corporib⁹ despecta sūt negligim⁹ p̄sare quot sūt despiciēda sunt: ⁊ q̄ despecta sūt holim⁹ despiciēda nō sunt: ad filiū reguli ire noluit: ad seruū cēturionis ire paratus fuit. Inrepatā est q̄ superbia n̄ra: q̄ nescit pensare hoies p̄pter hoies. Sola (vt dixim⁹) q̄ circūstāt hoibus p̄sare: naturam non aspicit honorem dei in hominibus non agnoscit. Ecce ire non vult filius dei ad filium reguli: tamen veni-

Dens est vbi
q̄.

Mat. viij. a.

Honores ⁊ diuitias veneramus potius q̄ hoies ipsos. Supbia n̄ra increpat per hoc q̄ redēptor seruū cēturionis p̄sonaliter visita uit.

Homelia. xxviii. Fo. xci.

re paratus est ad salutem serui. Certe si nos cuiuspiam ser-
uis rogaret: vt ad eum ire deberemus: protinus nobis no-
strasi perbia in cogitatione tacita responderet dicens: non
eas quia temetipsum degeneras: honor tuus despicitur
loco: tu vilescit. Ecce de celo venit: qui seruo in terra occur-
rere non despicit et tamen humiliari in terra contemnimus
qui de terra sumus. Quid vero apud deus vilis: quid de-
spectius esse potest: quam seruare honorem apud homines: et
interni testis oculos non timere. Unde et in sacro euange-
lio ad phariseos dominus ait. Vos estis qui iustificatis vos
coram hominibus: deus autem nouit corda vestra: quia quod
hominibus altum est: abominabile est apud deum. No-
tate fratres: notate quod dicitur. Si enim quod hominibus
altum est: abominabile est apud deum. cordis nostri co-
gitatio tanto apud deum in imo est: quanto ab hominibus
in alto. Et humilitas cordis nostri tanto apud deum in al-
to est: quanto ab hominibus in imo. Despiciamus ergo si
quid boni gerimus: nulla nos nostra fiet operatio: non re-
rum abundantia: non gloria extollat. Si quibuslibet bonis
assuetibus intus intumescimus: deo despecti sumus. Quo-
contra psalmista de humilibus dicit. Custodiens paruulos
dominus. Qui quia paruulos humiles appellat: postquam sen-
tentiam protulit: consilium subiungit. Nam quasi queremus
quid ipse ad hoc faceret adiunxit: humiliatus sum et libe-
rauit me: hec ergo cogitate fratres: hec tota intentione pe-
sare. Nolite in proximis vestris mundi huius bonavenera-
ri. Hoc propter deum honorate in hominibus in quibus ta-
men commissi non estis: quia facti sunt ad imaginem dei. Quod
nunc proximis vere seruatis: si apud vosmetipsos prius in
corde non intumescitis. Nam qui se adhuc pro rebus trans-
itorijs extollit: nescit in proximo venerari quod maneat.
Nolite ergo intra vosmetipsos pensare quod habetis: sed
quid estis. Ecce mundus qui diligitur fugit. Sancti isti ad
despectu calcauerunt. Erat vita longa: salus continua:
opulenta in rebus: fecunditas in propagatione: tranquillitas
in diuturna pace: et tamen cum in seipso floretet: iam in
eorum cordibus mundus aruerat. Ecce iam mundus in

Luce. xvi. d.

ps. cxliij.

Ibidem
homines qua-
re honorare
debemus.

num. iij.

Sancti Gregorij pape.

seipso aruit: et adhuc in cordib⁹ nostris floret. Ubiq³ mors
vbiq³ luctus: vbiq³ desolatio vndiq³ pœnitimur: vndiq³ carni-
ritudinibus replemur: et tamen ceca mente carnalis
piscencie ipsas eius amaritudines amamus: fugientem se-
quimur: labenti inheremus. Et quia labentem retinere nō
possumus: cum ipso labimur: quem cadentē tenemus. Ali-
quando nos mundus delectatione retrahit a deo: nunc tūc
tis plagis plenus est: vt ipse nos iam mūdus inuitet ad vo-
minum. Pensate ergo quia nulla sunt temporaliter currū.
Finis temporalium ostendit: q³ nihil sit quod transire po-
tuit. Casus rerum indicat: quia res transiens: et tunc pro-
pe nihil fuit: cum stare videretur. hoc ergo fratres charis-
simi sollicita consideratione pensate: in eternitatis amote
ueniatis ad gloriā quam per fidem tenetis: per dominū
nostrum Iesum christum.

Lectio sancti euangelij se- cundum Marcum.

Marci vltio.



N illo tēpore. Re-
cūbētibus vndecim discipulis
apparuit ei iesus expro-
brauit incredulitatem eorum
et duritiā cordis: quia hīs
qui viderant eum resurrex-
it se non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in
vniuersum mundum predicate euangelium
omni creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus
fuerit: saluus erit. Qui vero non crediderit
condemnabitur. Signa autem eos qui cre-

Homelia. xxix. Fo. xcij.

didierint hec sequentur. In nomine meo demonta elicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint: non eis nocebit. Super egros manus imponent: et bene habebunt. Et dominus quidem iesus postquam locutus est eis. Assumptus est in celum et sedet a dextris dei. Illi autem perfecti predicauerunt ubique domino cooperante: et sermonem confirmante sequentibus signis.

Homelia lectionis eiusdem
habita ad populum in basilica beati petri
in ascensione domini. **Homelia. xxix.**



Quod resurrectione

dominica; discipuli tarde crediderunt non tam illorum infirmitas quam nostra (ut ita dicam) futura firmitas fuit. Ipsa namque resurrectio illis dubitationibus multa argumenta monstrata est: quod dum nos legere agnoscimus: quid aliud quam de illorum dubitatione solidamur? Minus

Magdalena
em mihi maria magdalene prestite que citius credidit: quam cito credens
thomas qui diu dubitauit. Ille etenim dubitandovulnerum cicam minus nobis
trices tetigit: et de nostro pectore dubitationis vulnere ampu prestite quam thomas
tauit. Ad insinuandam quoque veritatem dominice resurrectionis mas diu durans,
nie notandum nobis est quid lucas referat dicens. Conuersens bitans.
ca. Uidentibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eum ab Acc. ix. a
precepit eis ab hierosolymis ne descenderet. Et post pau- Ibidem.
ca. Uidentibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eum ab
oculis eorum. Notate verba signate mysteria. Conuersens
eleuatus est comedit et ascendit: ut videlicet per effectum

Sancti gregozij pape.

comestionis vitas patesceret carnis. Marcus vero prius
celi dñs ascēdat eū de cordis atq; infidelitatis duricia in-
crepasse discipulos memorat. Qua in re quid cōsiderandū
est/ nisi q; idcirco dominus tunc discipulos increpauit: eos
eos corporaliter reliquit: vt verba que recedēs diceret: in
corde auditiū arctius impressa remanerēt. Increpata er-
go eorū duritia quid ammonēdo dicat/ audiamus. (Etes
in mundū vniuersum: predicate euangeliū omni creature
Nunquid fratres mei sanctū euangeliū vel insensatis re-
bus/ vel brutis animalibus fuerat predicandū: vt de eo dis-
cipulis dicatur predicate omni creature. Sed omnis creature
nomine signat homo. Sunt nāq; lapides: sed nec viuūt: nec
sentiuūt. Sunt herbe ⁊ arbusa: viuunt quidem sed nō sen-
tiunt: viuunt dico nō per animā sed per viriditatē. Quia
paulus dicit. Insuper tu quod seminas non viuificat: nisi
prius moriat. Viuit ergo quod morit. vt viuificet. Lapidēs
itaq; sunt/ sed nō viuūt arbusa etiā sunt viuūt sed nō sentiūt.
Bura autem alia sunt viuunt: sentiūt/ sed nō discernunt.
Angeli etenim sunt/ viuunt: sentiunt discernunt. Omnia au-
tem creature aliquid habet homo: habet nāq; cōmune esse
cum lapidibus/ viuere cum arboribus/ sentire cū animalibus/
intelligere cū angelis. Si ergo cōmune habet aliquid
cum omni creatura homo: iuxta aliquid omnis creatura est
homo. Omni ergo creature predicatur euangeliū cum ho-
li homini predicatur: quia ille videlicet docet propter quod
in terra cuncta creata sunt: ⁊ a quo omnia per quādam simi-
litudinem aliena nō sunt. Potest etiam omnis creatura no-
mine omnis nationis designari. Ante etenim dicitur predi-
cate omni creature: vt scilicet prius a iudea apostolorum
repulsa predicatio: tunc nobis in adiutorius fieret cū hanc
illa ad damnationis sue testimonium superba repulisset:
sed cū discipulos ad predicandū veritas mittit: quid aliud
in mundo facit nisi grana seminis spargit. Et pauca grana
mittit in semine: vt multarum messium fruges recipiat es-
 nostra fide. Neq; etenim in vniuerso mundo tanta lem-
 ram illa electi grana predicantium non venissent: sequitur

**Euangelium
qualiter pōt
predicari om-
ni creature.**

1. Cor. xv. e.

**hō potest dis-
ci omnis crea-
tura.**

Matth. x. a.

Homelia. xxix. Fol. xciiij.

(Qui crediderit & baptizatus fuerit: saluus erit: qui vero non crediderit: condemnabitur.) Fortasse vnusquisq; apud semet ipsum dicat. Ego iam credidi: saluus ero: verum dicit: si si dem operibus teneat: vera etenim fides est que in hoc quod verbis dicit: moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus paulus dicit. Qui confitentur se nosse deum: factis autem negant. Hinc iohannes ait. Qui dicit se nosse deum: et mandata eius non custodit mendax est. Quod cum ita sit: fidei nostre veritatem in vite nostre consideratione debemus agnoscere. Tunc enim veraciter fideles sumus: si quod verbis promittimus: operibus complemus. In die quippe baptismatis omnibus nos antiqui vestris operibus: atque omnibus vestrum ad considerationem misimus. Itaque vnusquisq; vestrum ad considerationem suam mentis oculos reducat: et si seruat post baptismum quod ante baptismum spondit certus iam (quia fidelis sed gaudeat. sed ecce si quod promisit minime seruauit: sed exercenda praua opera ad concupiscendas mundi pompas dilapsus est videamus si iam scit plangere quod errauit. Apud namque miser icordem iudicem nec ille fallax habebitur: qui a d. veritatem reuertitur: etiam postquam mentem. Quia omnipotens deus dum libenter nostram penitentiam suscipit: ipse suo iudicio hoc quod errauimus abscondit: sequitur. (signa autem eos qui credituri sunt: hec sequentur. In nomine meo demonia eicient: lingua loquentur non eis nocent: super egros manus imponent & bene habebunt) Nunquid nam fratres mei quia ista signa non facitis: minime creditis: sed hec necessaria in exordio ecclesie fuerunt. Ut enim fides cresceret: miraculis fuerat nutrienda. Qui et nos cum arbuta plantamus: tam siu eis aquam fundimus quousque ea in terra iam valuisse videamus. At si semel radices fixerint: irrigatio cessabit. Hinc est enim quod paulus dicit. Lingue in signum sunt non fidelibus: sed infidelibus. habemus de his signis atque virtutibus que adhuc subtilius considerare debeamus: sancta quippe ecclesia quoties spirititaliter facit quod tunc per apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eius cum per exorcismi gratiam manu

Ad titum. l. d
i. Joh. ij. a.

fideles veraciter sunt qui quod verbis promittunt operibus complent

Miracula fuerunt in exordio ecclesie necessaria.

i. Cor. xliij. d
Sacerdotes etiam hodie demonia possunt eijcere.

Sancti Gregorij pape

credentibus imponunt: et habitare malignos spiritus in
eorum mente contradicunt: quid aliud faciunt nisi demonia
ejiciunt. Et fideles quique in ista vite veteris secularia
verba derelinquunt: sancta autem mysteria insonant: condito
toris sui laudes et potentiam christi prevalent: narrat: quid
aliud faciunt: nisi novis linguis loquuntur? Qui dum bonis
suis exhortationibus malitiam de alienis cordibus auferunt:
serpentes tollunt. Et dum pestiferas suasiones audiunt:
sed tamen ad operationem pravam minime pertrahunt: mortu-
rum quidem est quod bibunt: sed eis non nocet. Qui quoties pro-
phetas suos in bono opere infirmari conspiciunt: dum eis totam
tute concurrunt: et exemplo sue operationis illorum vitam roborem
qui in propria actione titubant: quod aliud faciunt nisi super egros
manus imponunt ut bene habeant? Que nimirum miracula tam
non maiora sunt: quanto spiritalia tanto maiora sunt: quanto
non corpora sed anime suscitant. Hec itaque signa fratres charissimi
simi auctore deo si vultis vos facitis. Ex illis enim exterioribus
signis obtineri vita ad hec operantibus non valet. Nam
corporalia illa miracula ostendunt aliquam sanctitatem: non autem
tamen faciunt. Hec homo spiritalia que agunt in mente: virtutem vite non
ostendunt: sed faciunt. Illa habere et mali possunt: ista autem
profrui nisi boni non possunt. Unde de quibusdam scripturas dicit. Multi-
tudo mihi dicet in die illa. Domine domine nonne in nomine tuo virtutes
vimus: et in tuo nomine demonia eiecimus: et in nomine tuo virtutes
multas fecimus? Et tunc confitebor illis quod non novimus
discidite a me que operamini iniquitatem. Nolite ergo fratres
charissimi amare signa que possunt cum reprobis habere: contra
sed hec que modo diximus: charitatis atque pietatis miracula
amate: que tanto securiora sunt: quanto ex occultis: et de quibus
apud dominum eo maior sit retributio: quo apud homines minus
est gloria. Sequitur. (Et dominus quidem Jesus postquam
catus est eis: assumptus est in celum: et sedet a dextris dei.)
In veteri testamento cognovimus: quod helyas sit raptus in
celum. Sed aliud est celum etherium: aliud aereum. Celum
quippe aereum terre est proximum. Unde et aves celi dicimus
quod eas volitare in aere videmus. In celum itaque aereum helyas
repente duceretur: ubi in magna iam carnis et spiritus que

Miracula sancti-
tatem ostendunt:
sed non faciunt.
Matth. vij. c.
ps. vi.

lij. Reg. ij. b

Celum est et
ethereum et
aereum.

Homelia. xxviii. Fo. xciii.

le viueret: quousq; ad finem mudi redeat: et mortis debit si
soluat. Ille etenim mortem distulit: non euasit. Redemptor
autem noster q; non distulit: superauit: eaq; resurgendo co-
lumpfit: et resurrectionis sue gloriam ascendendo declara-
uit. Notandum quoq; est q; helyas in curru legitur ascen-
disse: vt vcz aperte demonstraretur/q; ho purus adiutorio
sunt adiuuenta: q; nec ad celu quide aereu p se ascendere
poterat: quem nature sue infirmitas grauabat. Redemptor
aut noster no curru/non angelis subleuat? legit: q; qui ses
reuertebatur vbi erat: et inde redibat vbi remanebat. Qz
cum p humanitatem ascenderet in celum: p diuinitate sua
et terram pariter continebat/et celum. Sicut autem ioseph
a fratrib; venditus venditione redemptoris nri figurauit:
sic enoch traslatus atq; ad celum aereum helyas subleua-
tus/ascensionem dnicam designauit. Ascensionis ergo sue
dñs ptenuncios et testes habuit: vnum ante legem alium
sub lege: vt qñs veniret ipse qui veraciter celos penetrare
potuisset. Unde et ipse ordo in eorum q; vtrosq; subleua-
tus/ p quedā incrementa distinguitur. Nā enoch transla-
tus/helyas vero ad celum transuectus esse memotatur: vt
veniret postmodum qui nec translatus/nec transuectus ce-
lum ethereum sua virtute penetraret. Qui nobis in se cre-
dentibus/ quia carnis sue quoq; mundiciam largiretur: et
sceret: in ipsa quoq; eorum translatione qui ascensionem
ad celum ascendit: dominus ostendit. Nam enoch quidem
uxorem et filios habuit. helyas vero neq; uxore/neq; filios
legitur habuisse. Pensate ergo quō per incrementa crene-
rit mundicia sanctitatis/ quod et per translatos famulos et
per ascendētis domini personam patenter ostēditur. Trās-
latus nāq; est enoch: et per coitum genitus: et per coitum
generans. Raptus est helyas per coitum genitus: sed nō
tam per coitum generans. Assumptus vero est dominus
neq; per coitum generans/neq; per coitum generatus.
Considerandum vero nobis est: quid est quod marcus ait.

helyas in ce-
lus aereu sus-
bleuatus est.
iiij. Reg. ij.

Seci. xxvij. f

Seci. v. d.
Ascensionis
sue dñs pñun-
cios habuit.
Seci. v.

Enoch in ce-
lu traslatus.
uxore et filios
habuit.

Sancti Gregorij pape.

Mar. xv. d.
Actus. vij. g.

Redemptor
quare descri-
bitur sedēs a
marco quem
th̄ stātem ste-
phanus testa-
status est.

Act. i. a.

Domino ascē-
dente quare
apparent an-
geli in albis
vestibus: non
autem eo na-
scente.

Sedet a dextris dei: et stephanus dicit. Uideo celos aper-
tos/et filium hominis stantem a dextris dei. Quid est quod
hunc marcus sedentem stephanus vero stantem se videre
testatur. Sed scitis fratres quia sedere iudicantis est: stan-
tere vero pugnantis vel adiuuantis. Quia ergo redemptor
noster assumptus in celum: et nunc omnia iudicat: et ad ce-
lestrem iudex omnium veniet: hūc post assumptionē marcus
sedere describit quia post ascensionis sue gloriā iudex in
sedere videbitur. Stephanus vero hunc in labore certamine
positus/stantem vidit/ quem adiutorem habuit: quia vi-
ste in terra persecutorum infidelitatem vincere: pro fide
de celo/ illius gratis pugnavit. Sequitur (Illi autem profes-
sionem confirmante sequentibus signis. Quid in his consideran-
dum est quid memorie commendandum: nisi quod preceptum
obedientia/obedientiam vero signa secuta sunt. Sed quia
auctore deo breuiter lectione in euangelicam exponendo
transcurramus: restat ut aliquid de ipsa tante consideratio-
ne solennitatis dicamus. hoc autem nobis exponere
dum est: quid nam sit quod nato domino apparuerunt angeli:
th̄ non leguntur in albis vestibus apparuisse. Ascendente
autē domino missi angeli in albis leguntur vestibus appa-
ruisse. Sic enī scriptū est. Uidentibus illis eleuatus est: et
nubes suscepit eum ab oculis eorū. Cumque intuerēt in ce-
lum euntem illū: ecce duo viri steterunt iuxta illos in vesti-
bus albis. In albis autem vestibus gaudium et solennitas
mentis ostenditur. Quid est ergo quod nato domino non in al-
bis vestibus: ascendente autem domino in albis vestibus
angeli apparent: nisi quod tunc magna solennitas facta
est: cū celum deus homo penetravit. Quia nascēte deo
videbatur diuinitas humiliata: ascendente vero domino
est humanitas exaltata. Albe etenim vestes exaltationis
magis congruunt quā humiliationi. In ascensione ergo eius
angeli in albis vestibus videri debuerunt. Quia qui in na-
tuitate sua apparuit deus humilis: in ascensione sua ostēdit
sua est homo sublimis. Sed hoc nobis magnopere fratres
charissimi in hac solennitate pensandum est quia delectum
est hodierna die cyrographum damnationis nostre: immo

Homelia. xxix. Fo. rcb.

tata est sententia corruptionis nostre. Illa enim natura cui
 dictum est terra es et in terram ibis: hodie in celum iuit.
 pro hac ipsa namque carnis nostre subleuatione per figura
 ram beatus iob dominum auez vocat. Quia enim ascensio
 nis eius mysterium iudeam non intelligere conspexit: de
 infidelitate eius sententiam protulit dicens. Semitam igno
 rauit auis. Auis enim recte appellatus est dominus quia
 corpus carnem ad ethera librauit. Cuius auis semitam
 ignorauit quisquis eum ad celum ascendisse non credidit.
 De hac solentate per psalmistam dicitur. Eleuata est ma
 gnificencia tua super celos. De hac rursus ait. Ascendit
 deus in subilatione: et dominus in voce tube. De hac ite
 rum dicit. Ascendens in altum: captiuam duxit captiuita
 tem: dedit dona hominibus. Ascendens quippe in altum
 captiuam duxit captiuitatem: quia corruptionem nostram
 virtute sue incorruptionis absorbuuit dedit vero dona ho
 minibus: quia missio desuper spiritu alij sermonem sapiencie: alij ser
 monem scientie alij gratiam curationum: alij gratiam linguarum
 alij interpretationem sermonum tribuit. Dedit ergo dona ho
 minibus. De hac ascensionis eius gloria etiam abacynth ait. Eleuatus
 est sol et luna stetit in ordine suo. Quis enim solis nomine
 est sol et luna stetit in ordine suo. Quis enim solis nomine
 nisi dominus: et que lune nomine nisi ecclesia designat. Quomodo
 enim dominus ascendit ad celos: sancta eius ecclesia aduersa mu
 di omnimodo formidauit. Ac postquam eius ascensione roborata
 est: aperte predicauit quod occulte credidit. Eleuatus est ergo
 sol: et luna stetit in ordine suo: quia cum dominus celum petiit: san
 cta eius ecclesia i auctoritate predicationis excreuit: hinc
 eiusdem ecclesie per salomonem dicitur. Ecce iste ve
 nit saluens in montibus. Veniendo quippe ad redemptionem no
 stram quosdam (ut ita dicam) saluus dedit. Vultis fratres
 charissimi ipsos eius saluus agnoscere. De celo venit in vte
 de cruce venit in presepe: de presepe venit in crucem.
 Ecce ut nos post se currere faceret: quosdam pro nobis sal
 uas manifesta per carnem veritas dedit. Quia exultauit
 ut gressus ad currendum viam: ut nos ei diceremus ex cota

Sen. iij. d.

Job. xxviii. a.

ps. viij.
ps. xvi.
ps. lxxij.

i. Cor. xij.
Abac. iij. c.

Sol eleuatus
est: et luna ste
tit i ordine suo

Canti. ij. b.

ps. xviii.

Sancti Gregorij pape.

de: trahere nos post te curremus in odore unguentorum tuorum. Unde fratres charissimi oportet: ut illuc sequamur corde: ubi eum corpore ascendisse credimus. Desideria terrenam fugiamus: nihil nos iam delectet in infimis: qui patrem habemus in celis. Et hoc nobis: est magnopere rependendum: quia is qui placidus ascendit: terribilis rediit: et quicquid nobis cum mansuetudine precepit: hoc a nobis cum districtione exiget. Nemo ergo indulta pietatis tempora parvipendat: nemo curam sui dum valet agere: negligat. Quia redemptor noster tanto tunc in iudicio districtior veniet: quanto nobis ante iudicium magnam patientiam prerogavit. hec itaque vobiscum fratres agite: hec in mente sedula cogitatione versate. Quamuis adhuc resursum perturbationibus animus fluctuet: iam tamen spes vestre anchoram in eternam patriam figite: intentionem mentis in vera luce solidate. Ecce ad celum ascendisse dominum audiimus. hoc ergo servemus in meditatione: quod credidimus. Et si adhuc hoc tenemur infirmitate corporis: lesamur tamen eum passibus amoris. Non autem desiderium nostrum ipse qui dedit iesus christus noster. Qui vivit et regnat cum deo patre in unitate spiritus sancti deus. per omnia secula seculorum.

Redemptor
sequitur passi-
bus amoris.

Lectio sancti euangelij secundum Iohannem

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis Si quis diligit me sermonem meum servabit. Et pater meus diliget eum: et ad eum veniemus: et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis non est meus: sed eius qui misit me.

Joh. xiiii. c.

Homelia. xxx. Fo. xcvi.

patris. Hec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia: et suggeret vobis omnia quecumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non turbetur cor vestrum: neque formidet. Audistis: quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeritis me: gauderetis utique: quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis: ut cum factum fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius: et in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem et sicut mandatum dedit mihi pater sic facio.

Homelia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti petri die sancto penthecostes.

Homelia. xxx.

nnn.

Sancti Gregorii pape.

Ibet fratres charissimi

Hinc euangelice verba lectionis sub breuitate transcurrere: vt post diuini secreti in contemplatione solemnitate immolari. Hodie namque spiritus sanctus repentino seruitu super discipulos venit mentesque carnalium in sui amore mutauit. Et foris apparentibus linguis igneis intus facta sunt corda flammantia: quia dum dei in ignis visione susceperunt: per amorem suauiter arserunt. Ipse namque spiritus sanctus amor est. Vbi et iohannes dicit. Deus charitas est. Qui ergo mente integra dei desiderat: profecto iam habet quem amat. Neque enim quisquam posset deum diligere: si eum quem diligit non haberet. Sed ecce si vnusquisque vestrum requiratur: an diligat deum: tota fiducia et secura mente respondet diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis quod veritas dixit. (Si quis diligit me sermonem meum seruet. Probatio ergo dilectionis: exhibitio est operis. hinc in epistola sua idem iohannes dicit. Qui dicit diligo deum: et mandata eius non custodit: mendax est. Vere enim diligimus: si ad mandata eius a nostris nos voluptatibus coartamus. Nam qui adhuc per illicita desideria desiliit: profecto deum non amat: quia et in sua voluntate contradicit. (Et pater meus diligit eum: et ad eum veniemus: et mansionem apud eum faciemus.) Pater fratres charissimi quanta sit ista sollemnitas habere in cordis hospitio aduentum dei. Certe. si domum nostram quis diues aut prepotens amicus intraret omni festinantia: domus tota mundaretur: ne quid fortasse esset quod oculis amici intrantis offenderet. Tergat ergo sordes prauis operis: qui deo preparamus domum mentis. Sed videte quid veritas dicat. Veniemus et mansionem apud eum faciemus. In quorundam etenim corda venit: et mansionem non facit: quia per compunctionem quidem dei respectum percipiunt: sed tentationis tempore hoc ipsum quo compuncti fuerant obliuiscuntur. Sicque ad perpetranda peccata redeunt: ac si hec minime planuissent. Qui ergo deum vere diligit: qui eius mandata custodit: in eius corde domus

i. Joh. iij. d.

i. Joh. iij.

Domum meam
tis preparet:
qui dominus
digne recipere
re volet.

Homelia. xxx. Fo. xcviij.

Aus et venit et mansionem facit: quia sic eum diuinitas
fili amor penetrat: ut ab hoc amore tentationis tempore
non recedat. Ille ergo vere amat: cuius videlicet mentem
delectatio praua ex consensu non superat. Nam tanto quis
quod a superno amore disungitur: quanto inferius delectatur.
Unde et adhuc subditur. (Qui non diligit me: sermones
meos non seruat.) Ad vosmetipsos ergo fratres charissimi
mi introitus redite: si deum vere amatis exquirite. Nec ta-
men sibi aliquis credat: quicquid sibi animus sine operis
attestatione responderit: de dilectione conditoris lingua
mens et vita requirantur. Nunquam est dei amor ociosus. O-
peratur etenim magnam si est: si vero operari renuit: amor
non est. (Et sermonem quem audistis non est meus: sed eius
qui misit me patris.) Scitis fratres charissimi quia ipse
qui loquitur vniuersus filius verbum patris est: et qui a se
ipso non loquitur. Ideo sermo quem loquitur filius: non est
filii: sed patris: quia ipse filius verbum est patris. (hec lo-
tus sum vobis apud vos manens). Quando non maneret
apud eos: qui ascensus celum promittit dicens. Ecce
ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummatio-
nem seculi. Sed verbum incarnatum et manet: et rece-
dit. Recedit corpore: manet diuinitate. Apud eos ergo
tunc se mansisse perhibet: quia is qui inuisibili semper po-
tesstate presens erat: corporali iam visione recedebat. (Pa-
raclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomi-
ne meo: ille vos docebit omnia: et suggeret vobis omnia
quae cumque dixero vobis.) Nostis plurimum fratres mei quod
Graeca locutione paraclitus: latina aduocatus dicitur: vel
consolator. Qui idcirco aduocatus dicitur: quia pro errore
delinquentium apud iusticiam patris interuenit. Qui vni-
us substantie cum patre et filio exorare pro delinquentibus
perhibet: quod eos quos repleuerit exorantes facit. Unde et paulus
dicit. Ipse eius spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabi-
bus. Sed dicitur quod minor est qui postulat quam qui postulat
quomodo ergo spiritus postulare dicitur: qui minor non
est. Sed ipse spiritus postulat: quia ad postulandum eos
quos repleuerit inflammat. Consolator autem idem spi-
ritus vocatur: quia de peccati perpetracione merentibus consolator

Amor defuit
est ociosus

Mat. xvij. d.

Ad ro. viij. c.

Spiritus san-
ctus vocatur

Sancti Gregorij pape.

Doctoris lin-
gua in vacuis
laborat nisi in
tus sit qui do-
ceat.

1. Joh. ij. d.

Gen. iij. b.

Actu. ij. a.

Gene. xi. b.

dum spem venie preparat: ab afflictione tristitie mentē les-
uat. De quo recte promittit. (Ipse vos docebit omnia) Quia
nisi idē spiritus cordi assit audietis: ociosus est sermo docto-
ris. Nemo ergo docenti homini tribuat: qđ ex ore docētis
intelligit. Quia nisi intus sit qui doceat doctoris lingua
exterius in vacuum laborat. Ecce vnam loquentis vocem
omnes pariter auditis: nec tamen pariter sensū audite vo-
cis percipitis. Cū ergo vox dispar non sit: cur in cordib⁹ ve-
stris disparē vocis intelligentia: nisi quis p hoc quod vox
loquentis comunitē admonet est magister interior: qui de
vocis intelligentia quosdam specialiter docet. De hac vnc-
tione spiritus rursus per iohannē dicit. Sicut vinctio eius
docet vos de oib⁹. Per vocem ergo nō instruit: qñ mens
per spiritū nō vngitur. Sed cur ista de doctrina hominum
loquimur quando et ipse conditor non ad eruditionem ho-
minis loquitur: si eidem homini p vinctiōē spūs nō loquat
Certe cayn p̄miss⁹ fratricidii ope p̄p̄teraret: audiuit: pec-
casti: q̄sece: sed qz culpā suis exigentibus voce est ammoni-
tus non vinctiōe audire verba dei potuit: sed feruare con-
tempnit. Requirendum vero nobis est: cur de eodem sp̄itū
hī dicatur: suggeret vobis omnia: cū suggerere solet esse
minoris. Sed quia suggerere aliquando dicimus submini-
strare: inuisibilis sp̄it⁹ suggerere dicitur: nō q̄ nobis scie-
tiam ab imo inferat: sed ab occulto (Pacem relinquo vobis
pacem meam do vobis) hīc relinquo: illic do. Sequentis
bus relinquo pervenientibus do. Ecce fratres charissimi
verba sacre lectionis sub breuitate discussimus: nunc in cō-
templationem tante festiuitatis animum transferamus.
Sed quia cum lectione euangelica vobis est etiam ac-
tus apostolorum lectio recitata: ex ea ergo aliquid in vñ
nostre contemplationis trahamus. Audistis etenim quia
spiritus sanctus super discipulos in igneis linguis apparuit
omniumq; linguarum scientiam dedit. Quid scilicet hoc
miraculo designat: nisi qđ sancta ecclesia eodem spiritu re-
pleta omnium gentium erat voce locutura. Qui vero con-
tra deum turrim edificare conati sunt: communionē vñius
lingue perdidit. In his autem qui deum humiliter me-
tuebant: lingue omnes vnite sunt. hīc ergo humilitas virtus

Homelia. xxx. Fo. xcviij.

tutem meruit: illic superbis confusio. Sed querendus est nobis fratres dilectissimi cur spiritus sanctus patri et filio coeternus: in igne apparuit: cur in igne simul et linguis: cur aliquando in columba: aliquid vero in igne monstratur: cur super unigenitum filium apparuit in columbe specie: et super discipulos in igne: ita ut neque super dominum veniret in igne: neque super discipulos monstraretur in columba. Per quatuor itaque hec proposuimus: soluendo redeamus. Patri namque et filio coeternus spiritus in igne monstratur: quia incorporeus / ineffabilis / atque inuisibilis ignis est deus: quia attestante paulo. Deus noster ignis consumens est. Deus quippe ignis dicitur: quia per hunc peccatorum rubigo consumitur. De hoc igne veritas dicit. Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut ardeat. Terra enim vocata sunt corda terrena: quae dum spiritus in se cogitationes congerit: a malignis spiritibus conculcantur. Sed ignem dominus in terram mittit: cum afflatu sancti spiritus corda carnalium incendit. Et terra ardet: cum cor carnale in suis prauis voluntatibus frigidum / relinquit concupiscentias presentis seculi: et inceditur ad amorem dei. Bene ergo in igne apparuit spiritus: quia ab omni corde quod replet: torporem frigoris excutit et hoc in desiderio sue eternitatis accendit. In ignis autem linguis monstratus est: quia idem spiritus coeternus est filio: et habet cognationem maximam linguam cum verbo. Verbum quippe patris est filius. Et quia una est spiritus et verbi substantia: idem spiritus monstrari debuit in lingua. Vel certe quia per linguam procedit verbum: in lingua apparuit spiritus: quia quisquis sancto spiritu tangitur: dei verbum id est unigenitum dei filium confitetur. Et negare dei verbum non valet: quia iam sancti spiritus linguam habet. Vel certe in linguis ignis apparuit spiritus: quia omnes quos repleuerit: ardentem pariter et loquentes facit. Linguas igneas doctores habent: quia dum deum amando predicant: corda audientium in flammant. Nam et ociosus est sermo doctoris: si prebere non valet incendium amoris. hoc doctrine incendium ab ipso veritatis ore conceperant: qui dicebant. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis cum loqueretur in via: et aperit

Spūs sanctus
quare sub di-
uersis figuris
apparuisse se
situr.

Ad he. xij. g.

Luce. xij. f.

Spūs sanctus
in igne appa-
ruit et in lin-
guis igneis.

Luce. ultimo. e

ii n n. ij.

Sancti Gregorii pape

ret nobis scripturas. Et audito quippe sermone inardescit animus: torporis frigus recedit: fit mens in superno desiderio anxia: a concupiscentiis terrenis aliena. Amor vero qui hanc repleverit: fletibus cruciat: sed dum tali ardore cruciatur: ipsis suis cruciatibus pascitur. Audire ei libet precepta celestia: et quot mandatis instruitur: quasi tot facibus inflammatur: et que torpebat prius per desideria: ardet postmodum per verba. Unde bene per moysen dicitur. In dextera eius ignis lex. In sinistra quippe reprobi. Qui et ad sinistram ponendi sunt. Dextera autem dei appellantur electi. In dextera ergo dei ignea lex est: quia electi mandata celestia nequaquam frigido corde audiunt: sed ad hec amoris intimi facibus inardescunt. Secundo ducitur ad aurem: et mens eorum subinet trara: lex interne dulcedinis flamma concrematur. In columba vero spiritus sanctus et in igne monstratus est: quia omnes quos repleverit simplices et ardentes facit. Simplices puritate: ardentes emulatione. Neque enim placere deo aut simplicitas sine zelo: aut zelus sine simplicitate potest. Hinc ipsa veritas dicit. Estote prudentes sicut serpentes: et simplices sicut colube. Quia in re notandum est quod discipulos suos nec de coluba sine serpente: nec de serpente sine columba voluit dominus ammonere quatenus et columbe simplicitatem astutia serpentis accenderet: et serpentis astutiam colube simplicitas temperaret: hinc paulus ait. Nolite pueri effici sensibus. Ecce prudentiam serpentis audivimus: nunc de simplicitate colube moneamur. Sed malicia parvuli estote. Hinc de beato iob dicitur. Erat vir simplex et rectus. Que est autem rectitudo sine simplicitate: aut que simplicitas sine rectitudine. Quia ergo et rectitudine docet iste spiritus: et simplicitate: et in igne monstrari debuit: et in columba: quatenus omne cor quod eius gratia tingitur et mansuetudinis lenitate tranquillum: et zelo in stitit accensum fiat. Ad extremum vero querendum est cur in ipso redemptore nostro mediatore dei et hominum per columbam apparuit: in discipulis vero per ignem. Certe vniuersi dei filius iudex est generis humani. Sed quis ei iustitiam ferret si prius nos per mansuetudinem colligeret et culpas nostras per zelum rectitudinis examinare potuisset. Pro

ben. xxxix. a.

Spiritus sanctus replet simplices facit et ardentes. Mat. 7.

i. Ad cor. xlii. d.
Job. i. a.

Spiritus sanctus quare apparuit si reprobis et superbia et in superbia igne

Homelia. xxx. Fo. xcix.

mo ergo pro hominibus factus mitem se hominibus prebuit
 Noluit peccatores ferire: sed colligere. Pius voluit man-
 suete corripere: vt haberet quos postmodum in iudicio sal-
 uaret. In columba ergo super eum apparere debuit spiri-
 tus qui non veniebat vt peccata iam per zelum percuteret
 sed adhuc per mansuetudinem toleraret. At contra super
 discipulos in igne debuit spiritus sanctus demonstrari: vt
 qui erant simpliciter homines atq; ideo peccatores eos co-
 tra semetipfos spiritualis feruor accenderet: & peccata qui-
 bus deus per mansuetudinem parceret: ipsi in se per peni-
 tentiam punirent. Nec ipsi quippe esse poterant sine pec-
 cato: qui adhibebant celesti magisterio: iohanne attestan-
 te qui ait. Si dixerimus quia peccatum non habemus: nos-
 metipfos seducimus: et veritas in nobis non est. In igne er-
 go venit in hominibus: in columba vero apparuit in domi-
 no: quia peccata nostra quem pie dominus per mansuetu-
 dinem tolerat: nos per zelum rectitudinis debemus cau-
 te conspicere: et ardore semper penitentie cremare. Igitur
 per columbam spiritus in redemptore monstratus est: per
 ignem vero in hominibus: quia quanto nobis nostri iudicis
 facta est seueritas temperata: tanto erga se debet fieri no-
 stra infirmitas accensa. Quattuor itaq; propositioinum ex-
 pleta ratione: ad dona eiusdem spiritus contemplan-
 damus. De isto quippe spiritu scriptum est. Spiritus eius or-
 nauit celos. Ornamenta enim celorum sunt virtutes predica-
 tum. Que videlicet ornamenta paulus enumerat dicens.
 Alij datur per spiritum sermo sapientie: alij sermo scien-
 tie secundum eundem spiritum: alteri fides in eodem spiri-
 tu: alij gratia sanctorum in vno spiritu. alij operatio virtu-
 tum: alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera lin-
 guarum: alij interpretatio sermonum. hec autem omnia
 operatur vnus: atq; idem spiritus: diuidens singulis prout
 vult. Quot ergo sunt bona predicantium tot sunt ornamen-
 ta celorum. hinc rursus scriptum est. Verbo domini celi firmati sunt. Verbum enim domini filius est patris. Sed eos-
 dem celos videlicet sanctos apostolos: vt tota simul sancta
 trinitas ostendat operata: cuius firmauerit: repete de
 sancti spūs diuinitate adhibet. Et spūs oris ei⁹ oris⁹ eorū.

i. Job. i. c.

Job. xxvi. v.

1 ad cor. xii. d
Spūs sancti do-
na varia sunt

ps. xxxij.

Ibidem.

num. iij.

Sancti Gregorij pape:

Celorum ergo virtus de spiritu sumpta est: quia mundi huius potestatibus contraire non presumerent: nisi eos sancti spiritus fortitudo solidasset. Quales namque doctores sancte ecclesie ante aduentum huius spiritus fuerint: scimus, et post aduentum illius cuius fortitudinis facti sunt: cognoscimus. Certe iste ipse pastor ecclesie ad cuius sacratissimum corpus sedemus: quante debilitatis / quanteque fortitudinis ante aduentum spiritus fuerit: ancilla ostiaria requisita dicat. Una enim mulieris voce percussus / dum mori timuit: vitam negavit. Et pensandum quia eum comprehensum petrus negavit in terra: quem suspensum latro confessus est in cruce. Sed vir iste tante fortitudinis / qualis post aduentum spiritus existat / audiamus. Sicut conuentus magistrat⁹ atque senatorum: cesis denunciatur apostolis ne in nomine iesu loqui debeant. Petrus magna auctoritate respondit. Obediendum oportet deo: magis quam hominibus. Et rursus. Si iustus est in conspectu dei vos potius audire quam deum: iudicate. Non enim possumus que vidimus et audiimus / non loqui. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliam patiri. Ecce gaudet petrus in verberibus: qui ante in verbis timebat. Et qui prius ancille voce requisitus timuit: post aduentum sancti spiritus vires principum cesis premit. Libet oculos fidei in virtutem opificis huius attollere: atque ipsarum patrum testamenti noui ac veteris considerare. Ecce apertis eiusdem oculis fidei Dauid / Amos / Daniele / Petrus / Paulum / Mattheum intueor: et sanctus iste spiritus qualis sit artifex considerare volo: sed in ipsa mea consideratione deficio. Implet namque citharedum puerum / et psalmistam facit. Implet pastorem armentarium sicomoros vel licantem: et prophetam facit. Implet abstinentem puerum / et iudicem finem facit / implet piscatorem / et predicatorem facit: implet persecutorem / et doctorem gentium facit. Implet publicanum et euangelistam facit: o qualis est artifex iste spiritus: nulla ad dicendum mors agitur in omne quod voluerit. Mox enim ut tetigerit / mentem docet solumque tetigisse docuisse est. Nam humanum animum subito ut illustrat immutat: abnegat hoc repente quod non erat exhib-

Mat. xvi. g.

Luce. xxi. f.

Act. v. g.

Petrus spiritus sancto recepto gaudebat in verberibus: qui prius timebat in verbis.

i. Reg. vi. c.
Amos. vi. d.
Daniel. xii. f.
Matth. iii. d.
Act. ix. o.
Luce. v. f.

bet repente quod non erat. Pensemus sanctos predicatorum nostros quales hodierna die repperit quales fecit. Certe qui in vno conclauis pro iudeorum metu residebant: natiuitatis sue singuli linguam nouerant: et tamen nec ea ipsa lingua quam nouerant: aperte christum loqui presumebant. Venit spiritus: et in ore eos per diuersitatem linguarum docuit. In mente autem ex auctoritate roborauit. Ceperunt et in aliena christum eloqui: qui de illo prius et in sua lingua loqui metuebant. Inflammatum etenim cor desperet tormentis corporis: que ante metuebat. Uicivim carnalis formidinis pre amore conditous. Et qui prius suis aduersarijs succumbent formidine: eis iam preerant auctoritate. Qui cum in tante eos celsitudinis culmen erexit quid aliud dixerim: nisi quod mentes terrenorum hominum celos fecit: pensate fratres charissimi post incarnationem vniuersi filij dei qualis sit hodierna solennitas de aduentu spiritus sancti. Sicut enim illa: ita quoque et hec est honorabilis. In illa quippe deus in se permanens suscepit hominem in illa vero homines venientem de super susceperunt deum. In illa deus naturaliter factus est homo in illa homines facti sunt per adoptionem dei. Si ergo remanere carnales in morte nolumus. hunc fratres charissimi viuificationem spiritum amemus. Sed quia caro spiritum nescit: dicat fortasse carnali cogitatione apud se aliquis: quomodo diligere valeo: quem ignoro. Hoc et nos concedimus: quia mens visibilibus intenta videre nescit invisibilia. Nulla enim nisi visibilia cogitat: eaque et cum non agit eorum imagines intro sua trahit: dumque in imaginibus corporis iacet: surgere ad incorporea non valet. Unde fit: ut tanto deterius creatoris nesciat: quanto in cogitatione sua familiarius corpoream creaturam portat. Sed cum deum videre non possumus: habemus aliquid quod agamus: unde iter fiat: quo ad eius nostre intelligentie oculus veniat. Certe quem in se videre nullo modo valeamus: hic in seruis suis videre iam possumus. Quos dum mira conspiciamus agere: certum nobis fit in eorum mentibus deum habitare. In re autem incorporea a rebus corporalibus usum trahamus. Nemo etenim nostrum orientem clare solem in spheram illius intendendo

Pentecostes solennitas est valde honorabilis. Atque metipsum curauit hominem.

Mens visibilibus intenta videre nescit invisibilia.

Solem recte inspicere nemo valet.

Sancti gregorii pape.

valet conspiciere: qz tenet in eius radijs oculi reuerberabatur. Sed sole illustratos montes aspicimus: et quia iam sol ortus est: videmus. Quia ergo solem iustitie in seipso videre non possumus illustratos montes claritate illius videamus sanctos videlicet apostolos: qui virtutibus emicant: miraculis coruscant: quos nati solis claritas perfudit: et cum in seipso sit inuisibilis: per eos nobis quasi per illustratos montes se visibilem prebuit. Virtus enim diuinitatis in se quasi sol in celo est. Virtus diuinitatis in hominibus sol in terra. Solem ergo iustitie intueamur in terra quem videre non possumus in celo. Ut dum in offenso pede operis per hunc gradimur in terram: ad intuedum illum quasi dogos oculos et in celum leuemus. Sed in offenso pede iter nostrum in terra agit: si deus ac proximus integra mente diligatur. Nec eni dominus vere sine proximo: nec proximus vere diligitur sine deo. hinc est qd sicut in alio sermone iam diximus: idem spiritus secundo legitur discipulis datus: prius a domino in terra degente: postmodum a domino celo presidente. In terra quippe datur: vt diligatur proximus. Et celo verovt diligatur deus. Sed cur prius in terra: postmodum e celo: nisi qd patenter datur intelligi quia iuxta iohannis vocem qui fratrem non diligit quem videt: deum quem non videt: quomodo potest diligere? Diligamus ergo proximum fratres: amemus eum qui iuxta nos est: vt peruenire valeamus ad amorem illius qui super nos est. Meditetur mens in proximo quod exhibeat in deo vt perfecte mereamur in deo gaudere cum proximo. Tunc ad illam superne frequentie leticiam perueniemus de qua nunc sancti spiritus pignus accepimus. Ad istum finem toto amore tendamus: in quo sine fine letabimur. Ibi supernorum ciuili societas sancta. Ibi sollemnitas certa. Ibi requies segura. Ibi pax vera que nobis iam non relinquitur: sed datur per dominum Iesum christum.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

Jo. iiii.

Proxim⁹ est
amādu⁹ si ad
deum pueni-
re velimus.

ligamus ergo proximum fratres: amemus eum qui iuxta nos est: vt peruenire valeamus ad amorem illius qui super nos est. Meditetur mens in proximo quod exhibeat in deo vt perfecte mereamur in deo gaudere cum proximo. Tunc ad illam superne frequentie leticiam perueniemus de qua nunc sancti spiritus pignus accepimus. Ad istum finem toto amore tendamus: in quo sine fine letabimur. Ibi supernorum ciuili societas sancta. Ibi sollemnitas certa. Ibi requies segura. Ibi pax vera que nobis iam non relinquitur: sed datur per dominum Iesum christum.



D In illo tēpore. Dicebat iesus turbis similitudinē hanc. Arborē ficī habebat quidā plantatā in vinea sua: et venit querens fructū in illam: et nō inuenit. Dicit autē ad cultores vinee. Ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum in ficulnea hac: et non inuenio. Succide ergo illam. Ut quid etiam terras occupat? At ille respondens dixit illi. Domine dimitte illam et hoc anno vsq; dum fodiā circa illam: et mittam ster cora. Et si quidem fecerit fructum: sin autē in futurū succides eam. Erat autem docēs in sinagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritū infirmitatis annis decem et octo: et erat inclinata: nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret iesus: vocauit eam ad se et ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: et cōfestim erecta est: et gloriificabat deum. Respondēs autē archisynagogus indignās quia sabbato curasset iesus dicebat turbe. Sex dies sunt in quibus opz operari. In his ergo venite et cura

Sancti Gregorij pape

mini et non in die sabbati. Respondens autem ad illuz iesus dixit. Hypocrite vnus quisq; vestrum sabbato non soluit bouem suum: aut asinum a presepio: et ducit ad aquare? Hanc autem filiam abrahe quam alligauit sathanas: ecce decem et octo anni sunt: nonne oportuit solui a vinculo isto die sabbati. Et cum hec diceret: erubescabant omnes aduersarii eius. Et omnis populus gaudebat in vniuersis que gloriose fiebant ab eo.

Homelia lectionis eius de
habita ad populum in basilica sancti Laurentii martyris. Sabbato quattuor temporum.
Homelia. xxxi.



Omnis et redemptor noster per euangelium suum aliqui verbis/aliqui rebus loquitur/aliqui quod aliud verbis/atque aliud rebus. Aliis quando autem hoc verbis/quod rebus. Duas etenim res ex euangelio fratres audistis: ficulneam infructuosam: et mulierem curuam: et vtriusque rei est pietas impensa. Illud autem dixit per similitudinem: istud egit per exhibitionem. Si hoc significat ficulnea infructuosa: quod mulier inclinata: et hoc ficulnea reuerata: quod mulier erecta. Dominus vinee tertio venit ad ficulneam: et fructum minime inuenit: et mulier que erecta est: decem et octo annis fuerat curua: hoc autem decem et octo annorum numero signatur: quod tertio dominus vinee ad ficul-

Homelia. xxxi. Fo. cij.

neam infructuosam venisse perhibetur. Quia ergo p̄mittēdo
summatim totum p̄stringimus: iam p̄ electionis ordinē sin-
gula differam. (Arborē fici habebat quidam plantatam
in vinea sua: et venit quere nō fructum in illa: et nō inuenit.)
Quid arbor fici nisi humanā naturam designat. Quid mu-
lier inclinata nisi eandē naturā significādo denūciat. Que
et bene plātata est: sicut ficus: et bene creata sicut mulier:
s; in culpam propria sp̄ōte lapsa neq; fructū seruat opera-
tionis neq; statū rectitudinis. Ad peccatū quippe ex volū-
tate corruēs q; fructū obedientie ferre noluit: statum recti-
tudinis amittit: q̄ ad dei similitudinē cōdita: dum in sua di-
gnitate non p̄stitit: q; plātata vel creata fuerat: seruare cō-
tēpsit. Tertio domini vinee ad ficulneā venit: q; naturam
generis humani h̄te legē / sub lege / sub gratia expectādo /
ammonēdo / visitādo requisit. Dixit ad cultorē vinee. (Ec-
ce anni tres sūt ex quo venio fructū querēs in ficulnea hac
et non inuenio.) Venit ante legē: q; per naturālē intellectū
quid vnusquisq; exemplo sui qualis erga primū agere de-
buisset: innotuit. Venit i lege: q; p̄cipiēdo docuit. Venit post
legē p̄ gratiā: q; pietatis sue p̄sentā exhibēdo mōstrauit.
S; tñ in trib⁹ annis fructū se nō inuenisse cōquerit: q; quo-
rūdā prauorū mentes nec inspirata lex naturalis corrigit:
nec p̄cepta erudiūt: nec incarnatiōis ei⁹ miracula p̄uertūt.
Quid vero p̄ cultorē vinee nisi p̄positoꝝ ordo exprimitur.
Quid dū p̄sunt ecclesie: nimirū dñice vinee curā gerūt. Iu-
tus ei vinee prim⁹ cultor: petrus apostolus extitit. Hūc nos
indigni sequimur: in q̄tū pro eruditione vestra docēdo / p̄di-
cādo / increpādo laboramus. Sed cum magno iam timo-
re audiendū est: q̄s cultori vinee de infructuosa arbore dis-
citur. (Succide eam vt quid etiam terram occupat.) Vnus-
quisq; iuxta modū suum in q̄tum locum vite presentis te-
net: si fructū bone operationis nō exhibet: velut infructuo-
sa arbor terrā occupat: q; in eo loco in quo ipse est et alijs
operandi occasionem negat. Sed in hoc seculo potens qui
libet si fructum non habet operationis bone: etiam impe-
dimentum prestat ceteris: quia quicumq; sub ipso sunt: exē-
plo. prauitatis illius quasi ymbra peruersitatis eius p̄ter-
muntur. Stat de super arbor infructuosa: et i subter terra

Ficulnea et
mulier curus
humanayna-
turam repre-
sentat.

Domini ve-
nit ante legē
in lege et post
legem

Arbori infru-
ctuose cōpa-
ratur: q̄ bone
operationis
fructum non
exibet.

Sancti gregori pape.

sterilis facit. Infructose arboris desuper umbra densatur
et solis radius ad terram descendere nequāq̄ permittitur:
quia dum subiecti quilibet patroni perversi perversa exens
pla conspiciunt: ipsi quoq̄ infructuosi remanentes verita
tis lumine privantur: et pressi umbra calorem solis nō asp
ciunt: quia inde remanent adeo frigidi: unde in hoc seculo
male protegentur. Sed de hoc perverso quolibet et potē
te / penē tā requisito deo non est. Postq̄ enim se perdidit:
querendum solummodo est cur et alios premit. Unde be
ne eiusdem vinee dominus dicit / vt quid etiam terram oc
cupat. Terram quippe occupat: qui mentes alienas gra
nat. Terram occupat: qui locum quem tenet: in bonis ope
ribus non exercet. Sed tamen nostrum est pro talibus de
precati. Nam cultor vinee quid dicat audiamus. (Domine
ne dimitte illam et hoc anno vsq̄ dum fodiā circa illā).
Quid est circa ficulineam fodere: nisi infructuosas mentes
increpare. Omnis quippe fossa in imo est. Et nūm̄ū incre
pato dum mentem sibi demonstrat / humiliat. Quotiens
ergo aliquem de peccato suo corripimus: quasi ex cultore
debito circa infructuosam arborē fodimus: post fossionē
vero quid dicatur audiamus. (Et mittam cophinum ster
coris). Quid est cophinus stercoreis: nisi memoria peccato
ris. Pctā etenim carnis stercorea vocantur. Unde et p̄ p̄phe
tam dicitur. Cōpueruerit iumenta in stercore suo. Iumen
ta quippe in stercore suo cōputrescere: est carnales quosq̄
in fetore luxurie vitam finire. Nos itaq̄ quotiens carna
lem mentem de suis peccatis discrepamus: quotiens ad ei
memoriam vitia antea reducimus: quasi infructuose
arborē cophinum stercoreis versamus: vt malorum que egit
memoriam recolat: et ad compunctionis gratiam quasi de
fetore pinguet. Mittitur ergo cophinus stercoreis ad ra
dicem arboris: quando prauitatis sue conscientia tangit
tur memoria cogitationis. Cumq̄ se per penitentiam ad
lamenta mens excitat. Cumq̄ ad bone operationis gra
tiam reformat: quasi per tactum stercoreis redit ad secundi
tatem operis radix cordis. Plangit quod fecisse se memi
nit. Displicet sibi qualem fuisse se recolit. Intentionem cō
tra se dirigit: atq̄ ad meliora animum accendit. Ex fetore

Prelatorum
peruersa exē
pla subditos
corumpunt.

Stercoris co
phin⁹ est me
moriam pecca
torum.
Joel. i. d.
Iumenta in
stercore pu
trescere qd ē

Homelia. xxxi. Fo. ciiij.

ergo ad fructum renouiscit arbor: quia de consideratione peccati ad bona se opera resuscitat animus. Et sunt plerique qui increpationes audiunt: et tamen ad penitentiam redire contemnunt: et infructuosi deo in hoc seculo virides stant. Sed audiamus quid ficulnee cultor adiungat. (Si quidem fecerit fructum: sin autem in futuro eam succides) Quia profecto qui hic non vult ad fecunditatem pinguescere per increpationem: illic cadet vnde iam resurgere per penitentiam non valet: et in futuro succidetur. Quis hic sine fructu viridis stare videatur. (Eratautem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo.) Paulos nunc iam diximus: quia hoc erat trinus aduentus domini ad infructuosam ficulneam quod decem et octo annorum numerus ad curam mulierem signat. Sexto enim die homo factus est: atque eodem sexto die opera domini cuncta perfecta sunt: fenarius autem numerus in trigonum ductus decem et octo facit. Quia ergo homo qui sexta factus est: perfecta opera habere noluit: sed ante legem sub lege atque in exordio inchoantis gratie infirmus extitit: decem et octo annis curua fuit mulier. (Et erat inclinata: nec omnino poterat sursum respicere). Omnis peccator terrena cogitans: celestia non requirens: sursum respicere non valet: quia dum desideria inferiora sequitur: a mentis sue rectitudine curuatur: et hoc semper videt quod sine cessatione cogitat. Ad corda vestra fratres charissimi redite: quod huius omnibus in cogitationibus vestris voluatis semper aspiciate. Alius de honoribus: alius de pecunijs: alius de prediorum ambitu cogitat. Hec cuncta in imo sunt: et quoad mens talibus implicatur: ab status sui rectitudine flectitur. Et quod ad celeste desiderium non assurgit: quasi mulier inclinata sursum respicere nequaquam potest. Sequitur: hac cum vidisset iesus vocauit ad se et ait illi. Mulier dimissa es ad infirmitate tua: et imposuit illi manum et confestim erecta est. Vocauit et erexit: quod illuminauit ipsam mulierem: et adiuuit. Vocatis non erigit: quoniam quod per eius gratiam illuminatur: sed exigentibus nostris meritis adiuuare non possit.

Arbor renouiscit ac fructum ex fetore suscit.

homo sexto die factus est.

Terrena efficiunt animas curuas.

Sancti Gregorij pape.

sumus. Plerumq; enim videmus que agenda sunt: sed opere nō implemus. Nitimur et infirmamur: mētis iudicium rectitudinem conspiciat: sed ad hāc operis fortitudo succumbit: quia nimirum iam de pena peccati est vt ex dono quidem possit bonum conspici: sed tamen ab eo quod aspiciat: contingat per meritum repellit: visitata etenim culpa obli- gat mētē: vt nequaquā surgere possit ad rectitudinē. Con- statur: et labitur: quia vbi sponte diu perstitit: ibi et cū nolue- rit coacta cadit. Bene de hac nostra incuruatione ex typo hūani generis per psalmistam dicitur. Incuruatus sum et humiliatus sum vsq; quaq;. Contēplatus nāq; q̄ ad supnā lucem intuentiam homo conditus fuerat: sed peccatis exte- gentibus foras missus mentis sue tenebras seculi portat: su- perna non appetit: in hūis intendit: celestia nequaquā des- derat: terrena semper in animo versat. hoc quod de suo ge- nere doluit: in seipso exclamauit dicens. Incuruatus sum. et humiliatus sum vsq; quaq;. Contemplationem namq; ces- lestium perdens: si sola carnis necessaria homo cogitaret: incuruatus et humiliatus esset: sed tamen vsq; quaq; non esset. Quem ergo a supernis cogitationibus non solis neces- sitas delicit: sed etiam voluptas illicita sternit: non solum incuruatus: sed. vsq; quaq; incuruatus est. Vnde alius pio- pheta de imundis spiritibus dicit. Qui dixerunt anime tue incuruare vt transeamus. Recta quippe stat anima: cum superna desiderat: et nequaquā flecitur ad ima. Sed maligni spiritus cum hanc in sua rectitudine stare conspi- ciunt: per eā transire non possunt. Transire nāq; eorum est imūda illa desideria spargere: dicit ergo incuruare vt: transeamus: quia si ipsa se ad ima appetenda non desicit cō- tra hanc illorum perversitas nullatenus conualescit. Et transire per eam nequeunt: quam cōtra se rigidam in super- na intentione pertinent. Nos ergo fratres charissimi viam malignis in nobis spiritibus damus: cum terrena cō- cupiscimus: cum ad temporalia appetenda curamur. Pu- deat ergo terrena concupiscere: et docta mentium ascendē- tibus aduersarijs prebere. Terram semper intuetur q̄ cur- uus est: et quo premisso sit redempt⁹ non meminit: quia ima querit. Vnde etiam per moysen dicitur. Et qui gibbo pre-

ps. cx.

Esa. li. g.
Anima quan-
do dicitur
esse recta: qñ
q̄ curua.

Curu⁹ semp
terrā intuet.
Leuit. xxi. d.

Homelia. xxxi. Fo. ciii.

mitur nequaquam ad sacerdotium prouehatur. Et quotquot christi sanguine redempti sumus: membra eiusdem summi sacerdotis efficimur. Unde nobis per petrum dicitur. Vos autem *i. Petri. ij. b.*
genus electum: regale sacerdotium. Sed qui gibbus tolerat: ima semper intuetur. A sacerdote ergo repellitur: quia quisquis solis terrenis intentus est: ipse sibi festus est: quod membrum summi sacerdotis non est. Hinc rursus pisces qui pennulas non habent: ab esu fidelis populi prohibentur. Pisces quippe qui pennulas habent: dare etiam saltus super aquas solent. Qui ergo pennatis piscibus nisi electe anime figurantur. Que profecto sole in celestibus nisi electe anime transeunt: que modo virtutum pennulis saltus dare per celeste desiderium sciunt: ut superna per contemplationem appetant: quis in se iterum ex mortali carne relabatur. Si ergo iam bona celestis patrie agnouimus: displiceat nobis fratres charissimi: quod curui sumus. Ponatur ante oculos mulier curua: et arbor infructuosa. Reminiscamur mansosum que fecimus: mittamus ad radicem cordis cophinum stercoris: ut tunc in retributionis fructu pinguescat quod nobis hic per penitentiam fetebar. Et si virtutum summa operari non possumus: ipse deus nostro gaudet lamento. Ex ipsa enim eius iusticie inchoatione placebimus: qui iniusta quam fecimus punimus. Nec mora erit in steribus quia tergent citius transeuntes lachrymas gaudia mensura. Per dominum nostrum Amen.

Leuit. xi. b.

Lectio sancti euangelij secundum Mattheum.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Si quis vult venire post me: abneget semetipsum et tollat crucem: suam: et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere: perdet eam. Qui autem perdidit animam suam *Matthe. xvi. d. et. Lu. ix. c.*

000. i.

Sancti gregoris pape.

propter me: inueniet eam. Quid enim pdest homini si vnuerfum mundū lucretur: anime vero sue detrimentum patiatur. Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua. Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: et tunc reddet unicuique secundum opera sua. Amē dico vobis: sunt quidā de hīc stantibus qui non gustabunt mortem: donec videam filium hominis venientem in regno suo.

Homelia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica scōrum pcessi & martini. Anī⁹ marty. Ho. xxxij.

Quia dominus ac redemptor noster nouus homo venit in mundum: noua precepta edidit mūdo: vnde etiam nostre veteri in vitis entrite contrarietatem opposuit nouitatis suar: nisi sua retinere: aliena rapere si posset: concupiscere si non posset. Sicut celestis medicus singulis quibusque vitis obuia dedit remedia adhibet medicamenta. Nam sicut arte medicine calida frigidis: frigida calidis curat ita dominus nostris contraria opposuit medicamenta peccatis vt lubricis continentia tenacibus largitatem tractandis mansuetudinem: elatis preberet humilitatem. Certe cum se sequentibus noua mandata proponeret dixit. Nisi quis renunciauerit omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Ac si aperte dicat: qui per vitam veterem aliena con-

precepta non
pa dedit re-
demptor no-
uus homo.

Luce. xliij. g.

Homelia. xxxij. Fo. cv.

cupiscitis: per noue conuersationis studij: et uestra largis
mini. Quid uero in hac lectione dicat: audiamus. (Qui uult
post me venire: abneget semetipsum). Ibi dicitur ut abnege
mus nostra: hic dicitur ut abnegemus nos. Et fortasse labo
riosum non est homini relinquere sua: sed ualde laboriosum
est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod
habet: ualde enim multum est: abnegare quod est. Ad se autem
nobis uenientibus dominus precepit: ut renunciemus no
stris: quod quicumque ad fidei agonem uenimus: lucramen
tra magnos spiritus sumimus. Nil autem maligni spiritus
in hoc mundo proprium possident: nudi ergo cum mundo
luctari debemus. Nam si uestitus quisque cum nudo luctat:
citius ad terram desicitur: qui habet uen teneatur. Quid est
sunt terrena omnia: nisi quedam corporis indumenta. Qui er
go contra dyabolum ad certamen properat: uestimenta ab
ijciat: ne succumbat. Nil in hoc mundo amando possideat:
nullas rerum labentium delectationes requirat: ne uen ad
uolus regit: ad casum inde teneat. Nec si sufficit nostra relin
quere: nisi relinquamus et nos. Quid est quod dicimus: relinqua
mus et nos. Si ei nosmetipsos reliquimus: quod ibidem extra nos:
uel quis est qui uadit: si se deseruit. Sed aliud sumus per pec
catum lapsi: aliud per naturam conditi aliud quod fecimus:
aliud quod facti sumus. Relinquamus: nosmetipsos qua
les peccando nos fecimus: et maneamus nosmetipsi qua
les per gratiam facti sumus. Ecce etenim qui superbum fuit:
si conuersus ad christum humilis factus est: semetipsum reliquit.
Si luxuriosus quisque ad continentiam vitam mutauit: ab
negauit utique quod fuit. Si auarus quisque ambire iam desuit: et
lagiri didicit propria: qui prius aliena rapiebat: proculdu
bio semetipsum reliquit. Ipse quidem est per naturam: sed
non est ipse per maliciam. Hinc enim scriptus est. Uerte im
piorum: non erunt: conuersi namque impiorum non erunt: non quis
non erunt oino in essentia: sed scilicet non erunt in impietatis
culpa. Tunc ergo nos semetipsos relinquimus: tunc nos
abnegamus: cum uitamus quod per uetustatem fuimus: et
ad hoc nitimur quod per nouitatem uocamur. Pensemus quomodo se
paulus abnegauerat quod dicebat. Uuo autem iam non ego.
Extinctus quippe fuerat suus ille persecutor: et uiuere

Christus se
uolens abne
get semet
ipsum.

Relinquere
nosmetipsos
qualiter potest
hoc fieri.

puer. xij. b. j

Ad gal. ij. d.

Sancti Gregorij pape.

ceperat pius predicator. Si enim ipse esset: pius profecto non
esset. Sed qui se vivere denegat: dicat unde est quod san-
cta verba per doctrinam veritatis clamant: protinus sub-
dit. Unus verum in me xps. Ac si aperte dicat. Ego quidem a
memetipso extinctus sum: quia carnaliter non vivo: sed tamen
essentialiter mortuus non sum: quia in xpo spiritualiter vivo. **Di-**
cit ergo veritas. (Si quis vult post me venire: abneget se-
metipsum). Quia nisi quis a semetipso deficiat: ad eum qui
super ipsum est: non appropinquat: nec valet apprehendere
quod ultra ipsum est: si nescierit mactare quod est. Sic oleæ
plante transponunt: ut proficiant: atque (ut ita dixerim) eras-
dicant: ut crescant. Sic rerum semina in terre admixtione sui
generis uberius assurgunt. Unde enim videntur perdidisse quod
erant: inde accipiunt hoc apparere quod non erant. Sed
qui se a vitijs abnegat: exquirende ei virtutes sunt in qui-
bus crescat. Nam cum dictum est qui vult post me venire
abneget semetipsum: prius additur. (Et tollat crucem
suam quotidie: et sequatur me) Duobus etenim modis crux
tollit: cum aut per abstinentiam afficitur corpus: aut per com-
passionem proximi affligitur animus. Pensemus qualiter
utroque modo paulus crucem suam tulerat: qui dicebat.
Castigo corpus meum et in servitutem redigo: ne forte a-
liis predicans ipse reprobus efficiar. Ecce in afflictione cor-
poris audimus crucem carnis: audiamus nunc in com-
passione: proximi crucem mentis. At enim. Quis infirma-
tur et ego non infirmor. Quis scandalizatur et ego non vici-
osus: perfectus quippe predicator ut exemplum daret abstinē-
tie: crucem portabat in corpore. Et quia in se traherat dā-
na infirmitatis alienae: crucem portabat in corde. Sed quia
ipsis virtutibus quedam vitia mixta sunt: dicendum nobis
est quod vitium abstinentiam carnis: et quod obsideat cor-
passionem mentis. Evicinus namque abstinentiam carnis
nonnunquam vana gloria obsidet: quia dum tenuitatem in corpo-
re: dum pallor in vultu respicitur: virtus patefacta lauda-
tur: et tanto se celerius foras fundit: pro ad humanos ocu-
los per ostensum pallorem extitit. Et plerumque fit: ut hoc quod
causa dei agi creditur: pro solis humanis favoribus agatur.
Quod bene simon ille significat qui inuērus in itinere cru-

homo nō va-
let apprehen-
dere quod ul-
tra ipsum est
si nescierit ma-
ctare quod ē.

1. ad Cor. ix.

d.
1. ad cor. xi.
s.

Mat. xxvi. d.
Crucē domi-
ni portavit si-
mon in āgaria

Homelia. xxxij. Fo. c. vi.

tem dominicam in angaria portat. Aliena quippe onera in angaria portantur: non per vanitatis studium aliquid geritur qui ergo per simonem designantur: nisi abstinentes et arrogantes: qui per abstinentiam quidem carnem afficiunt: sed fructum abstinentie intus non requirunt. Crucem ergo domini in angaria simon portat: quia cum ad opus bonum ex bona voluntate non ducitur: rem iustam sine fructu peccator operatur. Unde idem simon crucem portat: sed non motitur: quia abstinentes et arrogantes per abstinentiam quidem corpus afficiunt: sed per desiderium vane glorie in mundo viuunt. Compassionem vero animi plerumque laeenter obsidet pietas falsa: ut hanc nonnunquam usque ad condescendum vitij pertrahat dum ad culpas quosque non debeat compassionem exercere sed zelum. Compassio quippe homini et rectitudo vitij debetur: ut in vno eodemque homine et diligamus quod factus est: et persequamur mala que fecit: nedum culpas incaute remittimus non tam per charitatem compati: sed per negligentiam concidisse videamur. Sequitur. (Qui enim voluerit animam suam saluam facere perdet eam: et qui periderit animam suam propter me: saluam eam faciet.) Sic dicitur fidei: qui voluerit animam suam saluam facere: perdet eam: et qui periderit propter me: saluam faciet eam. Ac si agricole dicatur. Frumentum si seruas perdis: si seminas: renouas. Quis enim nesciat quod frumentum cum in semine mitritur: perit ab oculis: in terra deficit. Sed inde putrescit in puluere: inde virescit in renouatione. Quia vero sancta ecclesia aliud tempus habet persecutionis: atque aliud pacis: redemptor noster ipsa eius tempora distinguit in preceptis. Nam persecutionis tempore ponenda est anima: pacis autem tempore ea que amplius dominari possunt: frangenda sunt desideria terre. Unde et nunc dicitur. (Quid enim proficit homini: si lucrum totum mundum: se autem perdat: et detrimentum sui faciat) Cum persecutio ab aduersariis deest: valde vigilantius eorum custodiendum est. Nam paci s tempore quia licet viuere licet etiam ambire. Que profecto auaricia bene comperitur si ipse status ambientis sollicite consideretur. Nam cur in stes ad colligendum: quando stare non potest ipse qui colligit.

o o o. ij.

Frumentum
perditur ser-
uando sed re-
nouatur semi-
nando.

Mundum to-
tum lucrari et
se perdere ni-
hil proficit.

Sancti Gregorii pape

Bona tempo
ralia timere
ne desint: va-
nus est timor

Cursum ergo suum quisq; consideret: et agnoscat sibi posse
sufficere parua que habet. Sed fortasse metuit ne in huius
vite itinere: sumptus desit: longa nostra desideria increpat
via brevis. Incassum multa portantur: cum iuxta est quo p-
gitur. Pleruq; autem auariciam vicimus: sed adhuc obstat
q; vias rectitudinis minori tenemus custodia perfectionis.
Nā sepe labentia cuncta despiciamus: sed tamen adhuc hu-
mane verecundie vsu prepedimur: vt rectitudinem quā ser-
uamus in mente: nondum exprimere valeamus in voce. Et
tanto dei faciem ad iustitie defensionem negligimus: q̄to
humanas facies contra iusticiam veremur. Sed huic quos
q; vuluerit cōgruum subiūgitur medicamentū cū dominus
dicit. (Quisne erubuerit meos sermones: hunc filius ho-
minis erubescet cum venerit in maiestate sua: et patris: et
sanctorum angelorum.) Sed ecce nunc apud se homines
dicunt: nos iam dominum et sermones eius non erubesci-
mus: quia eum aperta voce p̄fitemur. Quibus ego respō-
deo: q; in hac plebe christiana sunt nonnulli qui xpm ideo
conhrentur: quia cunctos christianos esse conspiciūt. Nam
si nomen xpi in tanta hodie gloria non esset: tot professores
xpi sancta ecclesia non haberet. Nō ergo ad probationē f̄i
dei vox sufficit p̄fessionis: quā defendit a verecūdia p̄fessio
generalitatis. Et tamen vbi se quisq; interroget: vt in con-
fessione christi se veraciter probet: si non iam nomen eius
erubescit: si plena virtutis mentis humanum pudorem sub-
dit. Certe enim persecutionis tempore erubescere pote-
rant fideles substantiis nudari: de dignitatibus deiici ver-
beribus affligi. Pacis autem tempore: quia hec a nostris
persecutionibus desunt: est aliud vbi ostendamus nobis.
Veremur sepe a proximis despici: dedignamur iniurias
verbi tolerare. Si contingat iurgii fortasse cum proximo:
erubescimus priores satisfacere. Cor quippe carnale dum
huius vite gloriam querit: humilitatem respuit. Et plerūq;
q; ipse homo qui irascitur: discordanti sibi reconciliari ap-
petit: sed ire ad satisfaciendum prior erubescit. Pensemus
facta veritatis: vt videamus quo taceant nostre prauitatis
actiones. Si enim membra summi capitis sumus: imitari
eum cui connectimur debemus. Quid nāq; ad nostrē erit

Iniurias ver-
bi dedigna-
mur tolerare
supbia elati.

Homelia. xxxij. fol. c. vij.

ditionis exemplum. Paulus egregi⁹ predicator dicit. Pro christo legatione fungimur: tanq^m deo exhortante per nos obsecramur pro christo: recōciliamini deo. Ecce inter nos & deum discordiam peccando fecimus: et tamē ad nos de⁹ suos legatos prior misit: vt nos: p^{ri} qui peccauimus: ad pacem dei rogati veniamus. Erubescat ergo humana superbia: confundatur quisq^{ue} si nō satisfaciat prior proximo: quādo post culpā vt nostram ei reconciliari debeamus: et ipse qui offensus est: legatis interuenientibus obsecrat deus. Sequitur. (Dico autem vobis. Vere sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem donec videāt regnum dei.) Regnum dei fratres charissimi non semper in sacro eloquio venturum regnum dicitur: sed nonnunq^m presens ecclesia vocatur. Unde scriptum est. Mittet filius hominis angelos suos: et colligent de regno eius omnia scandala. In illo quippe regno scandala non erunt: vbi profecto reptobi non admittūtur. Quo videlicet exemplo colligitur: q^{uo} hoc loco regnum dei presens ecclesia vocatur. Et quis nonnulli, ex discipulis vsq^{ue} adeo in corpore victuri erant: vt ecclesiam dei constructam conspicerent: et contra mundi huius gloriam erectam: consolatoria promissione nunc dicitur. (Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortē: donec videant regnum dei.) Sed cum tanta dominus sub eunde mortis precepta ederet: quid necessarium fuit vt ad hanc subito promissionem veniret. Quod si subtiliter attendamus: quanta dispensatione pietatis agatur: agnoscim⁹. Discipulis enim rudibus etiam de presenti vix aliquid promittendum fuit: vt possent robustius in futura solidari. Sic israelitico populo ex egypti terra liberando re promissionis terra promittitur: et cum vocandus esset ad dona celestia: terrenis promissionibus suaderetur. Cur hoc: vt dum esset aliquid quod de vicino perciperet: illud iam fidelius crederet: quod de longinquo audire potuisset. Carnalis etenim populus si parua non acciperet: magna non crederet. Omnipotens ergo deus largiendo terrena: suadet ad celestia vt percipiens quod videret: sperare disceret quod minime videbat. Et tanto solidior de inuisibilib⁹ speret: quāto eū ad spei certitudinē visibilia pmissa fulciet.

ij. ad cor. v. d

Matth. xij. f

Ecclesia presens vocatur regnum dei.

Populo israelitico promittitur terra re promissionis quare hoc.

Sancti gregozij pape.

ps. ciii.

Unde recte quoq; per psalmistaz dicitur. Dedit eis regiones gentium: et labores populorum possederunt: vt custodiant iustificationes eius: et legem eius requirant. Sic ergo hoc loco rudibus discipulis veritas loquens videndum regnū celorum promittit in terra: vt hoc ab eis fidelius celo presumatur. Ex ipso itaq; regno quod iam videmus in mundo esse sublimatum: speremus regnū quod in celo cre-

Christiani dūmus percipiendum. Nam sunt nonnulli qui christianitas multi sunt no- tis nomine censentur: sed christianitatis nō habent fidem. mine: sed non fide.

Exemplum. Sola esse visibilia estinant: inuisibilia non appetunt: quia nec esse suspicantur. Ad sanctorum martyrum corpora consistimus fratres mei. Nunquid isti carnem suam in morte darent: nisi eis certissime cōstitisset esse vitam pro qua mori debuissent. Ecce qui ita crediderunt: miraculis coruscant ad extincta namq; eorum corpora: viuentes egri veniunt & sanantur. Periuri veniunt: et a demonio verantur. Demoniaci veniunt: et liberantur. Quo ergo viuunt illic: vbi viuunt: si in tot miraculis viuunt hic: vbi mortui sunt? Rem fratres dico breuem verbo sed non parnam merito: quam religiosis quibusdam senioribus narrantibus agnouit. Sosthorum tempore marrona quedaz fuit religiosa: que ad horum martyrum ecclesiam crebro veniebat. Quadaz die dum ex mote ad orandum venisset: egrediens duos stantes sub peregrino habitu monachos suenit. Peregrinos credidit: dari eis aliquid elemosine precepit. Sed priusq; eius erogator eis ad largiendum elemosinam propinquasset: astiterunt illi vicinius & dixerunt. Tu nos modo vilitas: nos te in die iudicii requirimus: et quicquid possumus prestabis mus tibi. Quo dicto ab oculis eius ablati sunt. Territa illa ad orādum redijt: seseq; in lachrymis prolixius effudit. Et facta est post hoc tanto instantior in prece: quāto certior de promissione. Si autem iuxta pauli vocem. Est fides sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium: nequaquā iam dicimus vt venturam vitam credatis: quia ecce ipsi qui in illa viuunt: humanis obtutibus visibiliter prestantur. Quod enī videri potest: melius dicitur sciri q̄ credi. Venturam ergo vitam nos dominus magis voluit scire q̄ credere: qui eos quos inuisibiliter recipit: apud se viues

Ad heb. xi. a.

Homelia. xxxij. Jo. c. viij.

re nobis etiam visibiliter ostendit. hos ergo fratres charissimi in causa vestri examinis quam cum districto iudice haberis: patronos facite. hos in die tanti terroris illi defensores adhibete. Certe si apud quendam magnum iudicem causa quelibet vestra esset die crastino ventilanda: totis hodiernis dies in cogitatione duceretur: patronum vestra fraternitas quereret magnis precibus ageret: ut apud tantum iudicem sibi defensor veniret. Ecce districtus iudex iesus venturus est: tanti illius angelorum archangelorumque concilii terror adhibetur: in illo conventu causa nostra discutitur: et tamen nos patronos modo non requirimus: quos tunc defensores habeamus. Assunt defensores nostri sancti martyres: rogari voluit. atque (ut ita dixerim) querunt ut queantur. hos ergo adiutores vestre orationis querite. hos protectores vestri reatus inuenite: quia ne punire peccatores debeat: rogari vult et ipse qui iudicat. Unde etiam longo tempore comminatur iram: et tamen misericorditer expectat. Sic autem nos et misericordia eius refoueat: ut nullo modo negligentes reddat. Sic peccata nostra perturbent: ut in desperatione non prouar. Quia et si presumentes metumus: et metuentes speramus: eternum regnum cum adepturi sumus: per eum qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.



In illo tempore. Rogabat Iesus quidam phariseus: ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: ut cognouit quod Iesus accubuit in domo pharisei attulit

Lu. viij. f.

Sancti Gregorij pape.

lit alabastrum vnguenti: et stans retro secus pedes eius: lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Videns autem phariseus qui vocauerat eum ait intra se dicens. Sic si esset propheta: sciret utique que et qualis est mulier que tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens iesus dixit ad illum. Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Et respondens iesus dixit. Duo debitores erant cuiusdam feneratoris: vnus debebat denarios quingentos: alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent: donauit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens simon: dixit. Estimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte indicasti. Et conuersus ad mulierem dixit simoni. Vidēs hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti: hec autem lachrymis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hec autem ex quo intraui: non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hec autem un-

Homelia. xxxiij. Fo. cix

quæto vixit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa: quoniam nimis dilexit multum. Cui autem minus dimittitur: minus diligit. Dixit autem iesus ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul discumbebat: discere intra se. Quis est hic etiam qui peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. Glade in pace.

Homelia lectionis eiusdem
habita ad populum in basilica sancti clementis. Feria. vi. quattuor temporum Septembris.

Homelia. xxxiii.



Mogitâti mihi de marie magdalene penitentiâ flere magis libet quâ aliqd dicere. Cuius enim vel saxæ pectus iste huius peccatricis lachryme: ad exemplum penitentiâ non emolliat? Considerauit namque qui fecit: et noluit moderari quod faceret. Super coniuuentes ingressa est: non iussa venit: inter epulas lachrymas obtulit. Discite quo dolore ardet: quod flere et inter epulas non erubescit. Hanc homo quam lucas peccatricem mulierem iohannes mariam notauit: illam esse mariam credimus? de qua marcus. vij. demonia eiecta fuisse testatur. Et quid pro septem demonia: nisi vniuersa vitia designant? Quia et omne tempus septem diebus comprehendit: recte septenario numero vniuersitas figuratur. Septem ergo demonia maria habuit: quoniam vniuersis vitijs plena fuit. Sed ecce quod turpitudinis sue macu

Magdalena
habuit septem
demonia.

Sancti gregozij pape.

Magdalene
penitētia fuit
perfecta.

los aspexit: lauanda ad fontem misericordie cucurrit: contu-
nantes non erubuit. Nam quia semetipsas grauiter eru-
bescebat intus: nihil esse credidit quod verecundaretur fo-
ris. Quid ergo miramur fratres mariam venientem an do-
minū suscipientē: dicā suscipientē an trahentē: Meli⁹ tra-
hentem ⁊ suscipientē. Quia nimirū ipse eam per misericor-
diam traxit intus: qui mansuetudinen: suscepit foris. Sed
iam textum sancti euangeliū percurrentes: ipsum quoq; or-
dinem quo venerit sananda videamus. (Attulit alabastrū
vnguenti: ⁊ stans retro secus pedes iesu) lachrymis cepit ri-
gere pedes eius: et capillis capitis sui tergebat: et oscula-
batur pedes eius: et vnguento vngēbat.) Liqueat fratres q̄
illicitis actibus prius mulier intenta vnguentū sibi p̄ odo-
re sue carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter exhibue-
rat: hoc iam deo laudabiliter offerēbat. Oculis terrena cō-
cupierat: sed hos iam per penitētiā conterēs flebat. Cas-
pillos ad cōpositionem vultus exhibuerat: sed iam capil-
lis lachrymas tergebat. Ore superba dixerat: s; pedes do-
mini osculās: hoc in redēptoris sui vestigia figēbat. Quot
ergo in se habuit oblectamenta: tot de se inuenit holocaus-
ta. Conuertit ad virtutū numerū: numerū criminū: vt to-
pserat in culpa. Sed hoc phariseus intuens despicit: ⁊ non
solum venientem peccatricem mulierem: sed etiam susci-
pientem dominū reprehendit: dicens intra se. (Vt si es-
set propheta: sciret vtiq; que ⁊ qualis esset mulier que tan-
git eum: quia peccatrix est.) Ecce phariseus veraciter ap̄
se superbus: et fallaciter iustus. Egrā reprehendit de egrit-
udine: medicum de subuentione: qui ipse quoq; de elatio-
nis vulnere egrotabat et ignorabat. Inter duos autem e-
gros medicus aderat: sed vnus eger in febre: integrū sen-
sum tenebat. Alter vero in febre carnis: et sensum perdidit
mentis. Illa quippe flebat quod fecerat: phariseus au-
tem de falsa iustitia elatus: vim sue validitudinis exagger-
bat. In egritudine ergo et sensum perdiderat: qui hoc ip-
sum quoq; q̄ a salute longe esset: ignorabat. Sed inter hec
nos gemit⁹ cogit quosdā nostri ordinis viros intueri: q̄ sa-
cerdotali officio p̄diti si quid fortasse iuste exterius vel se

Homelia. xxxiiij. Fo. cr.

mulier egerint: prius subiectos despiciunt: et peccatores quosq; in plebe positos dedignatur eisq; cōpari culpā suā confitentibus nolunt: ac velut pharisei more a peccatrice muliere tangi despiciūt. Que profecto mulier si ad parisei pedes venisset: nimirum calcibus repulsa descenderet. Inq; nari enim se alieno peccato crederet. Sed quia hunc vera sua iusticia non replebat: de alieno vulnere egrotabat. Unde semp̄ necesse est: vt cū peccatores quosq; cōspicim⁹: nos metipfos prius in illorū calamitate desicemus. Quia forsasse in similibus aut lapsi sumus: aut labi possimus: si lapsi nō sumus. Et si censura magisterij debet semp̄ virtute discipuline vitia persequi: oportet tamen vt sollicitè discernam⁹ qz distinctionē debemus vitij: cōpassionē nature. Si enī ferriē⁹ est peccator: nutriēdus est. prim⁹. Cū vero iā p̄ penitentia percutit ipse quod fecit: iam noster prim⁹ peccator nō est: quia cū dei iusticiā contra se dirigit: et hoc in se punis qd̄ iusticiā diuinā reprehēdit. Sed iam iste supbus ⁊ arrogans qua sentētia cōuincat: audiam⁹. De duob⁹ quippe ei debitorib⁹ paradigma opponit: quotū vn⁹ min⁹ ⁊ alius amplius debet: vt rotūq; debito dimisso q̄s amplius largiatōre debiti: diligit: interrogatur. Quibus verbis prius ille respondit. (Ille plus diligit: cui pl⁹ dimittitur.) Quo in re notandum est quia dum sua sententia phariseus conuincitur: quasi freneticus funem portat vnde ligetur. Enumerantur ei bona peccatrice mulieris: et enumerantur mala facti iusti: cum dicitur. (Intraui in domum tuam aquam pedibus meis non dedisti. hec autem lacrimis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hec autem ex quo intraui nō cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxi: hec autē unxit vnguēto pedes meos.) Post enumerationē vero subinfertur sententia. (Propter quod dico tibi. Remittuntur ei pctā multa: qm̄ dilexit multum.) Quid fratres mei esse dilectionem credim⁹ nisi ignem: et quid culpā nisi rubiginem. Unde nunc dicitur Remittuntur ei peccata multa: quia dilexit multum. Ac si aperte diceretur. Incendit plene peccati rubiginem: quia ardet valide per amoris ignem. Tanto nāq; amplius peccati rubigo consumitur: quanto peccatoris cor magno cha:

Sacerdotes et iaz insti subiectos non de spiciant.

Pctōres dus spicim⁹: nos metipfos desicemus.

Dilectio est ignis: et culpa rubigo.

Sancti gregozij pape.

ritatis igne concrematur. Ecce ea que ad medicum venes-
rat egra sanata est: sed de salute eius adhuc alij egrotant.
Nam simul discumbentes conquesti sunt intra se dicentes
(Quis est hic qui etiam peccata dimittit.) Sed celestis me-
dicus egros non despicit: quos etiam de medicamento fie-
ri deteriores videt. Eam quam sanauerat per pietatis sue
sententiam confirmat dicens (Fides tua te saluam fecit: vs
de in pace) fides etenim saluam eam fecit: quia hoc quod pes-
tifer: posse se accipere non dubitauit. Sed ipsam quoque spes
certitudinem iam ad illo acceperat: a quo per spem etiam
salutem querebat. In pace autem ire precipitur: ut a veri-
tatis itinere in viam scandali ulterius non diriuetur. Unde
et per zachariam dicitur. Ad dirigendos pedes nostros in
viam pacis. Tunc enim gressus nostros in viam pacis diri-
gimus: quando per illud actionis iter pergimus: in quo ab
auctoris nostri gratia non discordamus. Allegorice hec itaq;
ffes charissimi hystorica expositione transcurramus: nunc ve-
ro si places ea que dicta sunt: mystico intellectu differamus.
Quem namque phariseus de falsa iusticia presumens: nisi iudais
cum populum: quem peccatrix mulier ad vestigia domini ve-
niens et plorans: nisi conuersam gentilitate designat. Que cum
slabaastro venit: unguentum fudit: retro secus pedes domini ste-
tit: lachrymis pedes rigauit: capillis tersit: eosdemque que infu-
debat et tergebat pedes osculari non desit. Nos ergo illa
mulier expressit: si toto corde ad dominum post peccata redeas-
mus: si eius penitentie luctus imitemur. Quid namque ungue-
to nisi bonus odor opinionis exprimitur: unde. Paulus dis-
cit. Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Si ergo ve-
sta opera agimus: quibus opinionis bone odor ecclesiam re-
spergamus: quid in domini corpore nisi unguentum fundimus.
Sed secus pedes iesu mulier stetit. Contra pedes enim do-
mini stetimus: cum in peccatis positus eius itineribus reni-
tebamur. Sed si ad veram penitentiam post peccata con-
uertimur: iam retro secus pedes stamus: quia eius vestigia sequi-
mur: quem impugnabamus. Lachrymis mulier pedes eius ter-
sit: quod nos quoque veraciter agimus: si quibuslibet vltimis
morbis domini per passionis affectu inclinamur: si sanctis eius in
tribulatione copiamur: si eorum tristitiam nostram putamus. Cas

Luce. i. g.

ij. Cor. ij. d.

Homelia. xxxiii. Fo. cxi.

Nullis mulier pedes quos rigauerat/terisit. Capilli quippe
superfluunt corpori. Et quid abundans terrena substantia:
huius capillorum speciem tenet. Que dum ad usum necessita-
tis superfluit: et iam abscessa non sentitur. Capillis ergo pe-
des dñi tergitur: quando sanctis eius quibus ex charitate
te copatimur etiam ex his que nobis superfluunt: miseremur
Quaremus sicut mens per compassionem doleat: ut etiam lar-
ga manus affectum doloris ostendat. Rigat namque lachry-
mis redemptoris pedes sed capillis non tergit: qui utcum-
que proximorum dolori compatitur: sed tamen eis ex his que se-
bi superfluunt: non miseretur. Plorat et non tergit: qui ver-
ba quidem doloris tribuit: sed non ministrando que defunt
vnum doloris minime abscedit. Osculari mulier pedes quos
tergit. Quod nos quoque plene agimus si studiose diligimus:
quos ex largitate continemus: ne grauis nobis sit necessi-
tas proximi: ne ipsa nobis eius indigentia que sustentatur.
fiat onerosa. Et cum manus necessaria tribuit: amicus a di-
lectione torpescat. Porro quoque per pedes ipsum mysterium
incarnationis eius intelligi: per quod diuinitas terram te-
tigit: quia carnem sumpsit. Verbum enim caro factum est:
et habitauit in nobis. Osculamur ergo redemptoris pedes
cum mysterium incarnationis eius ex toto corde diligimus
Unguento pedes unguimus: cum ipsam humanitatis eius
potentiam sacri eloquii bona opinione predicamus. Sed hoc
phariseus videt: et inuidet: quia cum iudaicus populus ge-
nuitat: deum predicare conspicit: sua apud se malicia tabe-
scit. Sed redemptor noster facta eiusdem mulieris quasi bo-
na gentilitatis enumerat: ut in quo malo iudaico populus ia-
ceat: agnoscat. Nam sic phariseus retunditur: ut per eum
(sicut diximus) perfidus ille populus ostendatur. (Intraui
in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti. Hec au-
tem lachrymis rigauit pedes meos.) Aqua quippe extra
nos est: lachrymarum humor intra nos. Quia videlicet in-
fidelis ille populus: nec ea que extra se erant: unquam pro do-
mino tribuit: conuersa autem gentilitas pro eo non solum
rerum substantiam dedit: sed etiam sanguinem sudit. (Osculum mihi
non dedisti: hec autem ex quo intraui: non cessauit osculari pe-
des meos.) Osculum quippe dilectionis est signum. Et infides

Capilli deno-
tant abundan-
tem terrenam
substantiam.

Joh. i. b.

Pedes redem-
ptoris quasi dicitur
mur osculari.

Sancti gregorii pape.

Capit. i. a.

I. Cor. xi. a.

Redemptor apud phariseum fuit pastus in tuis et foris.

Can. i. b.
Cervorum hinc nulus appellatur dominus

Luce. i. b.

lis ille populus deo osculum non dedit: quia ex charitate eum amare noluit: cui ex timore servivit. Vocata autem gentilitas: redemptoris sui vestigiis osculari non cessat: quia in eius amore continuo suspirat. Unde et sponse voce de eodem redemptore suo in canticis canticorum dicitur. Osculetur me osculo oris sui. Osculum recte conditoris sui desiderat: quod se ei obsequi per amorem parat. (Oleo caput meum non unxisti). Si pede domini misterium incarnationis eius accipimus congrue per caput illius ipsa divinitas designatur. Unde et per paulum dicitur. Caput christi deus. In deo quippe non in se quasi in homine credere iudaicus populus fatebatur. Sed phariseo dicitur. Oleo caput meum non unxisti: quia ipsam quoque divinitatis eius penitentiam in qua se iudaicus populus credere spondidit: digna laude predicare negligit. (hec autem unguento unxit pedes meos) ar dum incarnationis eius mysterium gentilitas credidit: summa laus de etiam eius ima predicavit: sed iam redemptor noster enumerata bona concludit: per sententiam subdit. (Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum). Ac si apte dicat. Et si durum est valde quod coquit: abundantiam amoris ignis qui etiam dura fumant. Libet inter hec considerationem tante pietatis intueri: peccatricis mulieris opera: sed penitentis qua estimatione veritas apud se servat. que eius adversario sub tanta distributione enumerat. Ad pharisei predictum dominus discubebat: sed apud penitentem multum mentis epulis delectabatur. Apud phariseum veritas pascebatur foris: apud peccatricem mulierem (sed tamen conversam) pascebatur intus: unde et ei sancta ecclesia quam sub specie hinnuli cervorum dicit: in canticis canticorum dicit. Indica mihi quem diligit anima mea: ubi pasces: ubi cubes in meridie. Cervorum quippe hinnulus dominus appellatur: iuxta assumptam carnem antiquorum filius patris. Sferuentior vero in meridie estus ardescit: et umbrorum locum hinnulus querit: que estus igne non afficit. In illis ergo cordibus dominus requiescit: que amor presentis seculi non incendit: que carnis desideria non exurunt: que inseculis suis anxietatibus in huius mundi concupiscentiis non arescunt. Unde et marie dicitur: spiritus sanctus superveniet in te: et virtus

Homelia. xxxiij. Fo. crif.

altissimi obumbrabit tibi. Umbrosus ergo loca i meridie ad
pascendum hinnulus querit: quia talibus mentibus domi-
nus pascitur: q̄ per respectu gratie temperate corporalib⁹
desiderijs non vultur plus ergo penitēs mulier pascibat
intus q̄ phariseus dominum pascibat foris: quia ab estu
carnalium quasi hinnulus redemptor noster ad illius men-
tem fugerat: quam post vit iotum ignem penitētie umbra
temperabat. Pensemus quante pietatis fuerit: peccatricē
mulierem non solum ad se admittere: sed ei etiam ad tan-
gendum pedes prebere. Cōsideramus gratiam misericor-
dię dei: ⁊ dānemus multitudinem reatus nostri. Ecce pec-
catores videt et sustinet: ⁊ resistentes tolerat: et tamē quo-
tidie per euangelium clemēter vocat. Confessionē nraꝝ ex
puro corde desiderat: ⁊ cūcā q̄ deliq̄m⁹ i relaxat. Tēpera-
uit nobis restrictionem legis misericordia redēptoris. In
illa q̄ ppe scriptū est. Si quis hec vel illa fecerit: lapidibus
obruatur. Appuit cōditor n̄ in carne: cōfessionī peccōꝝ non
penam sed vitam promittit: mulierē sua vulnera cōfitentē
suscipit: et sanam dimittit. Inflexit q̄ ad miam duriciam le-
gis: q̄ quos iuste illa dānat: ppe misericorditer liberat. Un̄
bene quoq̄ in lege scriptū est: q̄ manus moysi erāt graues
sumentes ergo lapidem posuerunt subter in quo sedit. A-
arō a sit ⁊ vi sustentabāt man⁹ eius. Moyses q̄ppe sedit in
lapide: cū lex reſeuit in ecclesia. Sed hec eadem lex man⁹
graues habuit: quia peccantes quosq̄ nō misericorditer p-
tulit: sed seuera districtione percussit. Baro vero mons for-
titudinis: v̄ autē ignis interpretat. Quē itaq̄ iste mons for-
titudinis signat: nisi redēptorem nostrum. De quo per p-
phetam dicitur. Erit in nouissimis diebus preparat⁹ mos
dom⁹ dei i iherice mōtib⁹. Aut q̄s p ignē nisi sp̄s sanct⁹ signa-
tur: de q̄ idē redēptor dicit. Ignē veni mittere i terra Baro
ergo ⁊ vi graues man⁹ moysi sustinet: atq̄ sustentādo leuio-
res reddūt: q̄ mediator dei et hoīm cū igne sancti sp̄itus
veniens: mandata legis grauis: q̄ dū carnaliter tenerētur
portari non poterant: tolerabiliora nobis per spiritalē in-
telligentiam ostendit. Quasi enim manus moysi leues red-
didit: quia pondus mandatorum legis ad virtutem con-
fessionis retorsit. hanc nobis sequentem misericordie pfo-

ppp. i.

Peccatores deo
minus videt
⁊ sustinet.

Exodi. xix. ⁊
Leuiti. xx.

exodi. xvij. e.

Esa. ij. s.

Luce. xij. f.

Sancti Gregorius pape.

Ezechie.
xvii. g.
hiere. iij. a.

missionem inuit: cum per prophetam dicit. Nolo mortē peccatoris: sed vt conuertatur et viuat. Hinc iterum sub illa specie vnicuique peccatrici anime dicitur. Si dereliquerit vir vxorē suā: et illa recedēs duxerit virū alterū: nūquā reuertetur ad eam vltra: nunquid poluta et contaminata erit mulier illa. Tu autē fornicata es cū amatoribus multis verūtamē reuertet ad me dicit dñs. Ecce paradigma turpis mulieris dedit. Quid dicit qd post turpitudinē recipi non possit. S; ergo ipsū paradigma qd ptulit p misericordiam vincit: cū dicit fornicantē mulierē recipi nequāq; posse: et tamē ipse fornicantē animā vt recipiat expectat. Pensate fratres pondus tante pietatis. Dicit quod fieri non potest et demōstrat qd hoc ipse facere etiā cōtra morem pōt. Ecce vocat: et quos indignatos denunciat: hos etiam amplecti qd vocat: nemo oblata remedia diuina pietatis abijciat. Ecce superna benignitas auersos nos reuocat: et nobis reuertētib; sue clemētie sinū aperit. Unusquisq; ergo penset quod debito constringitur: quando illū deus expectat ne cōreptus exasperetur. Qui ergo pmanere noluit: redeat: qui stare cōtempserit: salte p se lapsum surgat. Quāto nos amore conditor noster expectat insinuat: cum p pphetā dicit. Attendite et auscultate: nemo qd bonum est loquitur. Non est qui recogitet in corde suo et dicat: quid feci. Certe nunq; cogitare mala debuim;. S; q; cogitare recte voluim;: ecce ad huc sustinet vt recogitemus. Videte tātē pietatis sinū pderate aptū vobis misericordie gremium. Quos male cogitātes pdit: bñ cogitātes qrit. Ad vos fratres charissimī ad vos oculos mētis reducite: et penitentem peccatricem mulierem in exemplum vobis imitationis ante fert. Quecunq; nos in adolescētia qcunq; in iuuentute deliquisse meministis: desistete: moruz operisq; maculas lachrymis tergete. Amemus iam redemptoris nostri vestigia: que peccando contempsimus. Ecce (vt diximus) ad recipiendos nos supeme pietatis sinus aperitur: nec maculosa vita in nobis contemnitur. Per hoc quod iniquationem nostram perhorrescimus: interne iam mundicie concordamus. Reuertentes nos dominus clementer amplectitur: quis pecc

Misericordie
die tēpus nemo perdat

hiere. viij. e.

Adolescētie et iuuentutis peccata desistamus.

Homelia. xxxliij. Fo. cxliij.

catonum vita et esse indigna iam non potest qui fletibus la-
tiatur in christo iesu domino nostro. Qui uiuit et regnat
cum patre deus. in unitate sancti spiritus: per omnia secula
seculorum. Amen.

Lectio sancti euangelij se-
cundum Lucam.



In illo tempore. Erāt appro-
pinqnantes ad iesuz publi-
cani et peccatores: ut audi-
rent illū. Et murmurabant
scribe et pharisei dicētes: qz
hic peccatores recipit et mā-
ducat cum illis. Et ait ad illos parabolā istā
dicens. Quis ex uebis homo qui habet cen-
tum oues: et si perdiderit vnā ex illis non
ne dimittit nonagintanouem in deserto: et va-
dit ad illam que perierat donec inueniat il-
lam. Et cum inuenerit eam imponit in hūe-
ros suos gaudens. Et ueniēs domum con-
uocat amicos et uicinos dicēs illis. Congra-
tulamini mihi: quia inueni ouem meā que pe-
rierat. Dico uobis qd ita gaudium erit i celo
sup vno peccatore penitētiam agente q̄ su-
per nonagintanouem iustis: qui nō indigeat
penitētia. Aut que mulier habēs dragmas:

Luce. xv. 10

Sancti gregorijs pape.

decem: si perdidit dragmam vnā none ascendit lucernam et euertit domum: et querit diligenter donec inueniat. Et cum inuenierit: conuocat amicas: et vicinas dicēs. **C**ongratulamini mihi: quia inueni dragmā quā perdideram. Ita dico vobis. Gaudium erit in celo coram angelis dei/ super vno peccatore penitentiam agente.

Homelia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beatorū iohannis et pauli. Dominica tertia post trinitatem.

Homelia. xxxliii.

Estiuum tēpus quod corpori meo valde cōtrariū est: loqui me de expositione euangelij libēga mora interueniente. phibuit. Sed nunquā qz lingua tacuit ardere charitas cessauit. hoc etenim dico quod apud se. vestri vnusquisqz

Charitas in recognoscit. Plerumqz charitas quibusdā occupationibus prelatz nō cessat prepedita/ et intus flagrat in corde: et tamen non monstrat etiam lincetur in opere. Quia et sol cum nube tegitur: non videtur in sua tacente. terra: et tamē ardet in celo. Sic sic esse occupata charitas solet: et intus vim sui ardoris erexit: et foris flammam operis non ostendit. Sed quia nunc ad loquendum tempus rediit: vestra me studia accendunt: vt mihi tanto amplius loqui libeat. **Itē** hoc vestre mentes desiderabilius expe-

Homelia. xxxiiij. Fo. cxliij.

stant. Audistis namq; in lectione euangelica fratres mei
quia peccatores et publicani accesserunt ad redemptorē no
strum: et non solum ad colloquendum: sed etiam ad conue
scēdum recepti sunt. Quod vidētes pharisei dedignati sūt
Ex qua recolligite: quia vera iusticia cōpassionem habet: Iusticia vers
falsa iusticia dedignationem. Quāuis et iusti soleant recte cōpassionem
peccatoribus dedignari. Sed aliud est quod agitur typo habet.
superbie: aliud quod zelo discipline. Dedignantur etenim
sed non dedignantur desperant: sed non desperātes perse
cutionem commouent: sed amantes. Quia etsi foris incre
pationes: per disciplinam exaggerāt: intus tamen dulcedi
nem p̄ charitatem seruant. Preponunt sibi in alo ipsos pie
rumq; quos corrigunt: meliores estimant eos quosq; quos
iudicāt. Quod videlicet agentes et per disciplinam subdis
tos: et p̄ humilitatē custodiunt semetipsos. At contra hi q̄
de falsa iusticia superbiere solent: ceteros quosq; despiciunt: Iusticiam sal
nulla infirmantibus misericordia condescendunt: et quo se
peccatores esse non credunt: eo deterius peccatores hūnt. sam habētes
De quorum profecto numero pharisei extiterant: qui diu
dicantes dominū q̄ peccatores susciperet: audenti corde ip̄s
fontem misericordie reprehendebant. Sed quia egri erant
ira vt egros se esse nescirent: quatenus quod erant agnosce
rent: celestis eos medicus blandis fomentis curat: beni
gnum paradigma obijcit: et in eorum cordis vulnera tu
morem premit. At namq; (Quis ex vobis homo qui habet
centum oves: et si perdiderit vnā ex illis: nonne dimittit
nonaginta nouē in deserto: et vadit ad illā q̄ perierat.) Ecce
mira dispēratione pietatis similitudinē veritas dedit: quā
et in se homo recognosceret: et tamē hec specialiter ad ipsū
auctorē hominū ptineret. Quia enim cētēnari⁹ p̄fectus est nu
mer⁹: ipse cētū oves habuit: cū sanctorū angelorū substantiā
et hominū creauit. Sed vna ouis tūc perijt: qm̄ peccādo hō
pascua vite derelinquit. Dimisit autē nonaginta nouē oves
in deserto: q̄ illos sūmos āgelorū choros reliquit in celo. Cur
autē celus desertum vocatur: nisi q̄ desertū d̄f derelictum
Tūc autē celū homo deseruit: cū peccauit. In deserto au
tem nonaginta nouē oves remiserant: quādo in terra dñs
vnam ouē querebat: quia rationalis creature numerus an
ppp. ij.

Iusticiam sal
sam habētes
alios despi
ciunt.

Numer⁹ cen
tenarius est
perfectus alr
possedit.
Quis que pe
rierat fuit hō

Sancti gregoris pape.

gelonum videlicet et hominum qui ad videndum deli cons
ditus fuerat: perunte homine erat imminutus: et vt perfe
cte summa ouium integraretur in celo: homo pditus quere
batur in terra. Nam qd hic euangelista dicit: in deserto as
lius dicit in montibus vt significet in excelsis. Quia nimi
rum oues que non perierant in sublimitibus stabat. (Et cum
inuenit ouem imponit in humeros suos gaudens) Que
in humeris suis imposuit: quia humanam naturam susci
piens peccata nostra ipse portauit (Et veniens domum co
necat amicos et vicinos dicens eis. Co gratulamini mihi:
qz inueni ouem meam: que perierat.) Inuenta oue domum
redit: qui pastor noster reparato homine ad regnum cele
ste redit: ibi amicos et vicinos inuenit: illos videlicet age
lorum choros q amici eius sunt: qz voluntate ei⁹ continue in sua
stabilitate custodiunt. Vicini qz ei⁹ sunt: qz claritate, visiois
illi⁹ sua assistuntare pfruunt. Et notadu q no d^r gratula
mini inete ouis mihi: qz videlicet ei⁹ gaudiu est vita nra
Et cu nos ad celu reducimur: solentate leticie ei⁹ implemus
Dico vobis qz ita gaudiu erit in celo sup vno pctore phias
agente: q sup nonagitanoue iustis q no indiget phia. Co
sideradum nobis est fratres mei cur dñs plus de couerlis
pctouibus q de statib⁹ iustis in celo gaudiu esse fateat: vñ
hoc nisi q ipsi p qtidianu visiois expimetur nouim⁹: qz plerū
qz hi qui nullis se oppressos pctōz molib⁹ sciunt stat quide
in via iusticie: nulla illicita perpetrant: sed th ad celestem
patriam anxie no anhelat. Tātoqz sibi in rebus licitis vsu
prebent: qto se ppetrasse nulla illicita meminerit. Et ple
rūqz pigri remanēt ad exercenda bona picipua: qz valde si
bifecuri sunt: q nulla comiserint mala grauiora. Et contra
nonnuqz hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt: ex ipso
suo dolore compuncti: inardescunt in amorem dei: se seqz
in magna virtutibus exercēt: cuncta et di icilia sancti cer
tamini appetunt: omnia mundi derelinquūt. honores su
gunt acceptis contumelijs letantur: flagrant desiderio:
ad celestem patriam anhelant. Et quia se errasse a deo co
siderant: damna precedentia lucris sequentibus recompe
sant. Maius ergo de peccatore conuerso q de stante iusto
gaudium fit in celo: quia et dux in prelio plus eum militem

Mat. xvij. b

Qua inuenta
redit domum
pastor.

Peccatores
aliqui qui se
liqua illicita
egisse memi
nerunt opti
mi quandoqz
efficiuntur.

Homelia. xxxiiij. Fol. crv.

Diligit: qui post fugam reuersus hostem fortiter premit: quod
illum qui nunquam aliquid fortiter gessit. Sic agricola illam am-
plius terram amat: que post spinas vberes fruges profert
quam eam que nunquam spinas habuit: et nunquam fertilem messem
produxit: sed inter hoc sciendum est: quod sunt plerique iusti in
quorum vita tantum est gaudium: ut eis quelibet peccatorum
penitentia preponi nullatenus possit. Nam multi et nullos
tamen sibi malorum sunt conscii: et tamen in tanti ardoris afflic-
tione se exercent ac si a peccatis omnibus coangustentur.
Cuncta etiam licita respiciunt: ad despectum mundi sublimiter
accendunt: licere sibi nolunt omne quod liber. Bona sibi
amputant etiam concessa: contemnunt visibilia inuisibilibus
accendunt: laetis gaudent. In cunctis semetipsos humi-
liant: et sicut nonnulli peccata operunt: sic ipsi peccata cogi-
tationum deplorant. Quid itaque istos dixerim: nisi et ius-
tos et penitentes: qui se et in penitentia de peccato cogita-
tionis humiliant et recti semper in opere perseverant. Vincit
ergo colligendum est: quantum deo gaudium faciat: quando
humiliter plangit iustus: si facit in celo gaudium: quam hoc quod
male gessit per penitentiam damnat iniustus. Sequitur.
(Aut que mulier habens diademas decem: et si perdidit
diademaynam: nonne accendit lucernam: et euertit domum
et querit diligenter donec inueniat diadema quam perdidit
erat). Qui signatur per pastorem: ipse et per mulierem. Ipse et
enim deus: ipse et dei sapientia: et quia imago exprimitur in
diadema: mulier diadema perdidit: quando scilicet homo qui
conditus ad imaginem dei fuerat: peccando a similitudine
sui conditoris recessit. Sed accendit mulier lucernam:
quia dei sapientia apparuit in humanitate lucerna quippe
quia lumen in testa est: lumen vero in testa est diuinitas in car-
ne. De qua videlicet testa sui corporis dicit ipsa sapientia
Exaruit velut testa virtus mea. Quia enim testa in igne
solidatur: eius virtus sicut testa exaruit: quia assumptam
carnem ad resurrectionis gloriam ex compassionis tribu-
latione roborauit. Accensa autem lucerna euertit domum
quia moxyt eius diuinitas per carnem claruit: omnis se no-
stra conscientia conculsit. Domus namque euertitur: cum con-
sideratione reatus sui humana conscientia perturbatur.

ppp. iij.

Terra spinosa
sa quam plus
amat quam illa
quam nunquam spinas
nas habuit.

Diadema mu-
lier perdit quod
hoc signat.

ps. xxi.

Domus quam
do dei euerti.

Sancti gregorii pape.

Qui euersionis sermo non discrepat ab eo quod in alijs co-
dicibus legitur remouenda: quia nimirum praua mens si nō
prius per timorem euertitur: ab assuetis vitijs non emun-
datur. Euersa ergo domo inuenitur dragma: quia dū per-
turbatur cōscientia hominis: reparatur in homine similis
do conditoris. (Et cum inueneris / cōuocat amicas ⁊ uicinas
suas dices. Cōgratulamini mihi omnes: quia inueni dragmā
quod perdidera.) Que amice uel uicine nisi ille potestates
celestes sunt iam superius dicte: Que tanto superne sapiē-
tie iuxta sunt: q̄sto ei per gratiam continue uisionis appro-
pinquant: Sed inter hec nequaquam relinquere negligenter
debemus: cur ista mulier per quam dei sapientia figurat
decem dragmas habuisse perhibet. Ex quibusnam per-
didit / quam cum quereret inuenit. Angelorū quippe ⁊ ho-
minum naturam ad cognoscendum se dominus condidit:
quam dum consistere ad eternitatem uoluit: eam procul-
dubio ad suam similitudinē creauit. Decem uero dragmas
habuit mulier: quia nouem sunt ordines angelorū. Sed ut
compleret electorū numerus: homo decimus est creatus q̄
a conditore suo nec post culpam perijt: quia hunc eterna sa-
pientia per carnem miraculis coruscans ex lumine teste re-
parauit. Nouem uero angelorū ordines diximus: quia ui-
delicet esse testante sacro eloquio scimus. Angelos / archā-
gelos / seraphim / potestates / principatus / dominationes / thro-
nos / cherubin / atq̄ seraphim. Esse namq̄ angelos ⁊ archā-
gelos pene omnes sacri eloquiū pagine testantur. Cheru-
bin uero atq̄ seraphim sepe (ut notum est) libri prophetarū
loquuntur. Quattuor quoq̄ ordinum nomina paulus
apostolus ad ephesios enumerat dices. Supra omnē prin-
cipatum / ⁊ potestatem / et uirtutem / ⁊ dominationem. Qui
rursus ad colossenses scribens ait. Siue throni / siue domi-
nationes / siue principatus / siue potestates. Dominationes
uero ⁊ principatus ac potestates iam ad ephesios loquēs
descripserat: sed ea quoq̄ colossensibus dicturus premisit
thronos: de quibus necdum quicquam fuerat ephesius locutus
Dum ergo illis quattuor que ad ephesios dixit. i. principa-
tibus / potestatibus / uirtutibus / atq̄ dominationibus con-
iunguntur throni / quinque sunt ordines qui specialiter expri-

Cōscientia ho-
minis dū per-
turbat / i eo si
militudo con-
ditoris repa-
ratur.

Angelorū or-
dines sunt no-
uem.

Ad ephē. i. d.

Coloss. i. c.

Homelia. xxxiii. Fo. cxvi.

nuntur. Quibus dum angeli & archangeli cherubin atq;
seraphim adiuncta sunt: proculdubio nouem esse angelorū
ordines inuentur. Unde & ipsi angelo qui primus est cō-
ditus per prophetam dicitur. Tu signaculus similitudinis
plenus sapientia & perfectus decore in delicijs paradisi
dei fuisti. Ubi notandum est q̄ non ad similitudinem dei fa-
ctus: sed signaculum similitudinis dicitur: vt quoin eo subri-
lior est natura: eo in illo imago dei similis insinuetur ex-
pressa. Quo in loco mox subditur. Omnis lapis preciosus
operimentū tuum. Sardius topazius et iaspis chusolitus
onyx & berillus saphirus carbunculus & smaragdus. Ecce
nouem dixit nomina lapidum: quia profecto nouē sunt or-
dines angelorum. Quibus nimirum ordinibus ille primus
angelus ideo ornatus & opertus extitit: quia dum cunctis
agminibus angelorum prelatus est: ex eorum comparatio-
ne clarior fuit. Sed cur istos persistentium angelorum cho-
ros enumerando perstrinximus: si non eorum quoq; mini-
steria subtiliter exprimamus. Greca etenim lingua angeli
nuncij: archangeli vero summi nuncij vocantur. Sciendus
vero q̄ angelorū vocabulum nomen est officij: non nature.
Nā sancti illi celestis patris spiritus semper quidē sunt spi-
ritus: sed semper vocari angeli nequaquam possunt quia tunc
solum sunt angeli: cum per eos aliqua nunciantur. Unde et
per psalmistam dicitur. Qui facit angelos suos spiritus. Ac
si patenter dicat. Qui eos quos semper habet spiritus: etiā
cū voluerit angelos facit. Hi autē qui minima nunciāt: an-
geli qui vero summa nunciant: archangeli vocantur. Hinc
est enim q̄ ad mariā virginem non quilibet angelus: sed ga-
briel archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministeriū sum-
mum angelum venire dignū fuerat qui summū omnium nun-
ciabat. Quid idcirco etiam primatis nominibus cēsentur: vt
signetur per vocabula etiā in operatione quid valeāt. Ne-
q̄ em̄ in illa sancta ciuitate quā de visione omnipotentis dei
plena scientia perficit: idcirco propria nomina sortuntur: ne eo-
rū persone sine nobis sciri nō possit: sed cū ad nos aliquid
ministraturi veniūt: apud nos etiā noia a ministerijs tra-
hāt. Michael nāq; quisque deus. Gabriel asit fortitudo dei
& Raphael nō dicit medicina dei. Et quotiens mire virtutis

Ezech. xxviii
&

Ibidem.
Lapides no-
uem precio-
rum nouem ange-
lorū ordines
signant.

ps. cxxij.

Luce. i. c.

Gabriel ar-
changelus qua-
re fuit ad ma-
riam missus.
Michael ga-
briel & rapha-
el qualiter in-
terpretatur.

Sancti gregori pape.

- aliquid agitur: michael nutti perhibetur: vt ex ipso actu & uomine detur intelligi: qz nullus potest facere: quod facere preualet deus. Unde & ille antiquus hostis qui deo esse per superbiam similis concupuit: dicens. In celum conscendam: super astra celi exaltabo solium meum: se deo in morte te framentum in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubium: similis ero altissimo: dum in fine mundi in sua uirtute relinquatur: extremo supplicio perimendus. C. i. n. michael archangelo preliaturus esse perhibetur: sicut per iohannem dicit. factum est prelium cum michael archangelo: vt qui se ad dei similitudinem superbus extulerat: per michaelem peremptus discat: quia ad dei similitudinem per superbiam nullus exurgat. Ad mariam quoque gabriel mittitur: qui dei fortitudo nominatur. illum quippe nunciare uentabat: qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per psalmistam dicitur. Tolle portas principes uestras: & eleuaminus porte eternas & introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie: dñs fortis & potens dñs potens in prelio. Et rursus. Dñs uirtutis & est rex glorie. Per dei ergo fortitudinem nunciandus erat qui uirtutum dñs & potens in prelio contra potestates aereas ad bella ueniebat. Raphael quoque interpretatur. (vt diximus) medicina dei. Quia uidelicet dum thobie oculos quasi per officium curationis tetigit: cecitatis eius tenebras terlit. Qui ergo ad curandum mittitur: dignus uidelicet fuit ut dei medicina uocaretur. Sed qz angelorum uoluntate interpretando restrinximus: nunc superest ut ipsa officiosa uocabula breuiter exequamur. Virtutes etenim uocantur illi nimis spiritus: per quos signa & miracula si equetius fiunt. Potestates etiam uocantur hi qui hoc potentius ceteris in suo ordine perceperunt: ut corporum uirtutes aduersus subiecta preualet: quibus uelint. Principatus etiam uocantur: qui ipsis quoque bonis angelorum spiritibus prestant: quibus subiectis aliis ubi queque sunt agenda disponunt eis ad explenda diuina ministeria principant. Dñationes autem uocantur: qui etiam potestates principatum dissimilitudine alta transcendent. Nam principatus est inter reliquos prior existere: dñatus uero est etiam subiectis
- Eccl. xliij. b.**
- Apoc. xij. b.**
- Isa. xliij.**
- Ibidem**
- Thobie. ij. b.**
- Angelorum officia.**
- Principatus & dñatus differunt.**

Homelia. xxxiii. Fo. cxvii

ctos quosq; possidere. Ea ergo angeloz agmina que mira
potentia preeminent: p ea q; eis cetera ad obediendū sub
lecta sunt dñationes vocantur. Throni quoq; illa agmina
sunt vocata: quibus ad exercenda iudicia semp deus ops
presidet. Quia enim thronos latuo eloquio sedes dicimus
throni dei dicti sunt hi: q; tāta diuinitatis gratia replēt: vt
in eis dñs sedeat: & per eos sua iudicia decernat. Unde & p
psalmistam dicitur. Sedes sup thronum qui iudicas equi
tatem. Cherubin quoq; plenitudo sciētie dicitur. Et subli
miora illa agmina idcirco cherubim vocata sunt: quia tan
to perfectiori scientia plena sunt: quanto claritatem dei
vicinius contemplantur: vt fm creature modum eo ple
ne omnia sciant: quouisioni conditoris sui per meritum dis
gnitatis appropinquant. Seraphim etiam vocatur illa spi
rituum sanctorum agmina: que ex singulari propinquitate
conditoris sui: incomparabili ardent amore. Seraphim nā
q; ardentis vel incendētis vocantur. Que quia ita deo cō
iuncta sunt: vt inter hec & deum nulli alii spiritus intersint
tanto magis ardent: q̄to hunc vicinius vident. Quorū pro
fecto flamma amor est: quia quos subtilius claritatē diuini
tatis eius aspiciunt: eo validius in eius amore flammescit
Sed quid prodest nobis de angelicis spiritib; uis perstrin
gere: si non studeamus hec etiam ad nostros profectus cō
grua consideratione diuinare. Quia enim superna illa ci
uitas ex angelis & hominibus constat: ad quas tantum cre
dimus humanum genus ascendere: quantos illic contigit
electos angelos remansisse: sicut scriptum est. Statuit ter
minos gentium fm numerum angelorum dei: debemus &
nos aliquid ex illis distinctionibus supernorum ciuium ad
vsuū virtutum bonis studiis inflammarē. Quia enim il
lic tanta ascensura creditur multitudo hominū: q̄ta mul
tudo remāsit angeloz: superest vt ipsi quoq; hoīes q; ad
celestē patriā redeūt: ex eis agminib; aliqui illuc reuertē
tes imitent. Distincte nāq; cōuersationes hominū singulo
rum agminū ordinibus congruunt: vt in eorum sortē per cō
uersationis similitudinē deputētur. Nā sunt pleriq; q; par
ua capiunt: sed tñ hec eadem parua pie annunciare fratri

Throni dicti
tur sedes.
ps. ix.

Cherubin de
citur plenu
do scientie.

Seraphim di
cuntur arden
tes.

hoīes ad ce
lum cū ange
lis ascendere
cupientes ipso
s angelos imi
tari debent.

Sancti gregorii pape.

bus non desistunt. Isti itaq; in angelorum numerum currunt. Et sunt nonnulli qui diuine largitatis munere relecti secretorum celestium summam et capere preualent: et nunciare. Quo ergo isti nisi inter archangelorum numerum deputantur. Et sunt alij qui mira faciunt: signa valenter operantur. Quo ergo isti nisi ad supernatum virtutum sortem et numerum congruunt. Et sunt nonnulli qui etiam de obsessis corporibus malignos spiritus fugant: eosq; virtute orationis et vi accepte potestatis eiciunt. Quo itaq; isti meritum suum nisi inter potestatum celestium numerum sortiuntur. Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcendunt: cumq; et bonis meliores sunt electis quoq; fratribus principantur. Quo ergo isti sortem suam nisi inter principatuum numeros acceperunt. Et sunt nonnulli qui sic in semetipsis cunctis virtutibus omnibusq; desiderijs dominantur: vt ipso iure mundicie dii inter homines vocentur. Unde et ad moysen dicitur. Ecce constitui te deum pharaonis. Quo ergo isti nisi inter numeros dominationum currunt. Et sunt nonnulli qui dum sibi in seipsis vigilanti cura dominantur: dumq; se sollicita intentione discutunt: diuino timori semper inherentes: hoc in munere virtutis accipiunt: vt iudicare recte et alios possint. Quorum profecto mentibus dum diuina contemplatio preesto est in his velut in throno suo dominus presidens: aliorum facta examinat: et cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti nisi throni sui conditores sunt: vel quo nisi ad supernorum cunctorum numeros ascribunt: per quos dum sancta ecclesia regitur: plerumq; de quibusdam suis infirmis actibus etiam electi iudicant. Et sunt nonnulli qui tanta dei ac proximi dilectione pleni sunt: vt cherubin iure nominentur. Quia enim (vt prefatus sumus) cherubin plenitudo scientie dicitur: et paulo dicere didicimus quia plenitudo legis est charitas: omnes qui dei et proximi charitate ceteris amplius pleni sunt: meritum suorum sortem inter cherubin numeros perceperunt. Et sunt nonnulli qui superne contemplationis facibus accensi: in solo conditoris sui desiderio anhelant: nihil iam in hoc mundo cupiunt: sed solo eternitatis amore pacuntur: terrena quoq; abiiciunt: cuncta temporalia mente tra-

Exodi. vii. a.

Ro. xii. c.
Charitas est
plenitudo legis.

Homelia. xxxiiij. Fo. cxvliij.

scendunt amant et ardent: atq; in ipso suo ardore requiescunt: amando ardent: loquendo et alios accendunt: et q̄ verbo tangunt: ardere protinus in dei amore faciūt. Quod ergo istos nisi seraphin dixerim: quorū cor in igne conuersum lucet et vrit. Quia et mentium oculos ad superna illustrant: et compungendo in fluctibus vitiorum rubiginem purgant. Qui ergo ita ad amorem conditoris sui inflammati sunt: quo nisi inter seraphin numerum sortem sue vocationis acceperunt. Sed hec fratres charissimi me loquēte introitus vos ad vosmetipsos reducite: secretoꝝ vestrorum merita / cogitationesq; discutite. Videte si quid sibi boni vobisam intus agitis: videte si in numero horū agminum (que breuiter tangendo perstrinximus) sortem vestre vocationis inuenitis. Ne autem anime que in se de his bonis que enumerauimus minime aliquid recognoscit. Etq; adhuc ve deterius imminet: et si priuatam se donis intellexit: et nequa q̄ gemit. Quisquis ergo talis est fratres mei: gemēdus est valde: et nō gemit. p̄sem⁹ q̄ accepta electorum munera: et virtute qua possum⁹ ad amorē tante sortis anhelemus. Qui in se donorū gratiā minime recognoscit: gemat. Qui vero in se minora cognoscit: alijs maiora nō inuideat. Quia et superne ille distinctiones beatorū spiritū ita sibi cōdite: vt alie alijs sint prelate. Fertur vero dyonisius ariopagita antiquus videlicet et venerabilis pater dicere: q̄ ex minorū angelorū agminibus foras ad explendum ministeriū v̄ visibiliter vel inuisibiliter mittuntur: scilicet quia ad hūana solatia / aut angeli aut archangeli veniunt. Nam superiora illa agmina ab intimis nunq̄ recedūt: quoniā ea que preeminēt / vsū exterioris ministeriū nequa q̄ habent. Cui rei illud videtur esse contrarium: quod esaias dicit. Et volauit ad me vnus de seraphin: et in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari: et tetigit os meum. Sed in hac prophete sententia vult intelligi: quia hi spiritus q̄ mittuntur eorum vocabulum percipiunt: quorum officium gerunt. Quia enim vt peccata locutionis incendat: de altari angelus carbonem portat: seraphin vocatur: quod incendium dicitur. huic autem sensui et illud creditur non inconuenienter opitulari quod per danielē dicitur. Wilia

Semēdus est
qui nō gemit.

Angeli sc̄dm
dyonisius vel
visibiliter vel
inuisibiliter mit
tuntur ad hu
mana solatia.

Esa. vi. b.

Sancti Gregorii pape

Danic. viij. a. nullum ministrabant ei: et decies milles cetera milia assistebant ei. Aliud namq; est ministrare: aliud assistere. Quis hii administrant deo: qui et ad nos nunciando exeunt.

Assistunt vero: qui sic contemplatione intima perfruuntur ut ad e replenda foras opera minime mittantur. Sed qz in quibusdam scripture locis quedam per cherubin/ quedam vero per seraphim agi didicimus: verum p se hec faciāt: an p subiecta agmina agantur: q̄ sicut dicit/ in eo q̄ in maioribus veniunt: maiorū vocabula sortūtur: nos affirmare nolumus. quod apertis testimonijs non approbam⁹. hoc tamē certissime scimus: qz ad explendum de supernis ministeriū alij spiritus alios mittūt: zacharia scilicet ppheta testante qui ait. Ecce angelus qui loquebat̄ in me egrediebatur: ⁊ ecce alius angelus egrediebatur in occursum ei⁹: ⁊ dixit ad e.

zacha. ij. a.
Angelus an-
gelum mittit
interdum.

Curre ⁊ loquere ad puerū istum dicens: absq; muro habi-
tabit hierusalē. Dum enī angelus ad angelum dicit/ curre
et loquere dubiū non est qz alium mittit. Minora vero sunt
que mittuntur: maiora que mittūt. Sed hoc quoq; de ipsi⁹
agminibus que mittuntur certum tenemus: quia ⁊ cum ad
nos veniunt: sic exterius implent ministerium: ut tamen
nunq; desint interius per contemplationem. Et mittuntur
igitur et assistūt: quia et si circūscriptus est angelicus spiri-
tus: sumus tamen spiritus ipse qui dominus est circūscri-
ptus nō est. Angeli itaq; ⁊ missi ante ipsum sunt: quia quod
libet missi veniunt: intra ipsam currunt. Sciendum quoq;
est: quia plerumq; ipsi beatorum spirituum ordines viciniorum
sibi ordinum vocabula sortuntur. Thronos etenim scilicet
sedes dei specialem beatorum spirituum ordinem designat:
et tamen per psalm istam dicitur. Qui sedes super
cherubin: appare. Quia videlicet dum in ipsi⁹ distinctionibus
agminū cherubin thronis iunguntur: sedere etiam super
cherubin dominus ex vicini agminis equalitate perhibetur.
Sic quippe in illa summa ciuitate specialia quedam
singulorum sunt: ut tamen sint communia omnium: et quod
in se ex parte quisq; habet: hoc in alio ordine totum possidet.
Sed idcirco vno eodemq; vocabulo communiter nō
censentur: ut ille ordo vocari privato vniuscuiusq; rei nomine
debeat: qui hanc in munere plenius accepit. Seraphim

ps. lxxix.
Homin⁹ que
re dicitur se-
dere sup che-
rubin.

Homelia. xxxiiij. Fo. cxix.

namque incendium diximus: et tamen amore conditoris simul omnes ardent. Cherubin vero plenitudinem scientie diximus: et tamen quis ibi aliquid nesciat: ubi ipsum omnes simul fontem scientie deum vident. Throni illa agmina que quibus conditor presidet: vocantur: sed beatus esse quis potest: nisi creator suus eius menti presideat. Que ergo ex parte ab omnibus habentur: eis in privato noie data sunt: que hec in munere plenius acceperunt. Nam et si qua illic sic alij habent: ut haberi ab alijs nequaquam possint: sicut species li, nomine dinatione et principatu vocatur: cuncta ibi singulorum sunt: quia per charitatem spiritus ab alio in alijs habentur. Sed ecce dum celestium civium secreta rimamur: ab expositione nostre ordine longe digressi sumus. Suspiremus ergo ad eos de quibus loquimur: sed redeamus ad nos. Meminisse etenim debemus: quia caro sumus. Taceamus iterum de secretis celi: sed ante conditoris oculos manu penitentiae tergamus maculas pulveris nostri. Ecce ipsa divina misericordia pollicetur dicens. Gaudium erit in celo super uno peccatore penitentem agere: et tamen per prophetam dominus dicit. Quis quacumque die iustus peccauerit: omnes iusticie eius in oblivione erunt coram me. Penitemus si possumus dispositionem superne pietatis: que stantibus (si ceciderint) ministratur penam. Lapsi vero ut surgere appetant: promittit misericordiam. Illos terret: ne presumant in bonis: istos relevat ne desperent in malis. Iustus es: iram pertimesce ne corruas: peccator es: presume de misericordia ut surgas. Ecce autem iam lapsi sumus: stare nequaquam valuimus. In precibus nostris desiderijs iacemus. Sed qui nos condidit relictos: adhuc expectat: et pronocat ut surgamus. Sinum sue pietatis aperit: nosque ad se recipere per penitentiam querit. Sed penitentiam agere dignam non possumus: nisi modum que eiusdem penitentiae cognoscamus. Penitentiam quippe agere est et perpetrata mala plangere: et plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat: ut tamen alia committat: adhuc penitentiam agere aut dissimulat: aut ignorat. Quid enim prodest si peccator de luxurie desinat: et tamen adhuc avaricie estibus anhelat. Aut quod prodest si ire culpas laugeat: et tamen adhuc iudicie facibus tabescat. Sed minus est valde quod

Fons scientie
est deus,

Luce. xv. b.

Ezechielis.
xxxiiij. d.

Penitentiae dicitur
finitio.
Luxuriam fugere non prodest: si avaricie sequeris.

Sancti Gregorius pape.

diximus: vt qui peccata deplorat: plorando minime committat. Et qui plangit vitium / ppetrare vitia timeat. Nō cogitandum summopere est: vt qui se illicita meminit commisisse: a quibusdam etiam licitis studeat abstinere: quatenus per hoc conditori suo satisfaciat. Ut qui commisit prohibita: sibi metipsi abscindere debeat etiā concessa. Et reprehendat in minimis: qui se meminit in maximis deliquisse. Minima sunt que loquor: si hec ex sacri eloquij testimonio nō affirmo. Lex certe veteris testamenti alienā vxorē concupisci prohibet. A rege vero fortis iuberi militibus / vel desiderari aquā / non penaliter vetat. Et cuncti nouim⁹ quod dauid concupiscentie microne transfixus alienam coniugem et concupiscit: et abstulit. Cuius culpā digna verbera sunt secuta: et maluz quod perpetravit: per penitentie lamenta cor rexit. Qui cum longe post contra hostis tunc os sederet: aquam bibere de bethleemica cisterna ex desiderio voluit. Cuius electi milites inter cateruas aduersantium medias erumpentes / aquam quam rex desiderauerat: illesi detulerunt. Sed vir flagellis eruditus / semetipsum protinus cum periculo militum aquam desiderasse reprehendit: eamq; domino fundens libant: sicut illic scriptum est: libauit eam domino. In sacrificio quippe domini effusa est aqua et conuersa: qz culpam concupiscentie mutauit per penitentiam reprehensionis sue. Qui ergo quōdam concupiscere alienam coniugem nequaquam timuit: post etiam qz aquam concupiscet: expauit. Quia enim se illicita perpetrasse meminerat contra semetipsum iam rigidus etiam a licitis abstinerebat. Si sic agamus penitentiam / vt ea q̄ commisimus perfecte desineamus. Desem⁹ super nos diuitias conditoris nostri peccare nos vidit: et pertulit. Qui nos ante culpam peccare prohibuit: etiam post culpam expectare ad veniam non desistit. Ecce ipse nos quem despectimus vocat. Auersi ab illo sumus: et tamen non auertitur. Unde bene per esaiam dicitur. Et erunt oculi tui videtes preceptorem tuum: et aures tue audiet vocem post tergum monentis. Quasi in faciem suam homo monitus est: q̄ ad iusticiam conditus precepta rectitudinis accepit. Sed cum hec eadem precepta contempsit: quasi conditori suo dorsum

Exodi. xx. b.
q. regū. xi.

Dauid p penitentiam scelus suum cor rexit.

i. Paral. xi.
q. Reg. xxiij.
c.

Esai. xxxi. c.

Homelia. xxxiii. Fo. cxx.

mentis in faciem dedit. Sed ecce adhuc post tergum sequit
r monet: quia is r a nobis contemptus est: r tamen nos ad
huc vocare non cessat. Quasi dorsum ei in faciem dedim⁹:
cui s verba despiciamus: cuius precepta calcamus. Sed
stans post tergum nos aduersos reuocat: qz r videt quod
despicitur: et tñ per precepta clamat: per patientiam expe
ctat. Pensate ergo fratres charissimi si cuiuslibet vestrum
loquens famulus suus subito superbi ret: terga in facie mit
teret: nunquid non contemptus dominus eius superbiam
ferret: vulnera districte aduersionis infligeret. Ecce nos
peccando auctori nostro terga in faciem dedimus: r tñ
sustinemur. Superbe aduersos benigne reuocat: r qui feri
re nos aduersantes potuit: vt reuertamur munera promit
tit. Tanta ergo conditoris nostri misericordia duriciã nos
stri reatus emollat vt homo qui malum qd fecit experi
ri potest: saltem expectat⁹ erubescat. Rẽ fratres bre
uiter refero: quam viro venerabili maximiliano tunc patre
monasterij mei atq; p̄b̄o: n̄ sic autem siracusano episcopo
narrate cognoui. Hęc aut si solemter auditis: charitati v̄ se
breuiter suffragari credo. Nostris vero tẽporibus victori
nus quidã extitit: qui alio quo q; note emilianus appella
tus est non in ep̄o substantie iuxta mediocritatẽ vite. Sed
q; plerũq; regnat in rerum opulẽtia: carnis culpa: in quo
dam facinore lapsus est: qd̄ debuisset valde pertimescere:
ac de sue mortis immanitate cogitare. Reatus ergo sui cõ
sideratione cõpunctus: erexit se contra se mundi huius om
nia dereliquit: monasterij petijt. In quo nimirũ mōasterio
tãte humilitatis: tantõq; sibi districtiõis extitit: vt cuncti
fratres q̄ illic ad amorem diuinitatis excreuerãt: suam co
gerentur vitam despiciere: dũ illius penitẽtiã viderẽt. Stu
duit namq; toto mentis an̄sũ cruciare carnem: voluptates
pprias frangere furtiuas ofone s̄ q̄rere: quotidianis se la
cymis lauare: despectũ sui appetere: oblatas a fratribus
venerationẽ timere. Hic itaq; nocturnas fratrum vigiliã
puenire consueuerat. Et quia mons in quo monasterij sicuti
est: ex vno latere in secretiore parte prominebat: illic cons
uetudinem fecerat añ vigiliã egredi: vt se q̄tidie in fletu
p̄nie q̄to secretius: tãto liberius mactaret. Cõtemplabat

qqq. i.

Dorsum deo
peccãdo vers
timus: r tñ nõ
sustinet.

Victorinus. cus
ludam. com
mendatio. in
carnis culpa
plerumq; res
gnat in rerum
opulẽtia.

Sancti Gregorii pape

namq; districcionem venturi iudicis sui/et iam eidē iudici
cōcordans/puniebatur in lachrymis reatū facinoris sui. Quis
dam, ver o nocte abbas monasterij vigilans/hunc latenter
egredientem intuius hēto foras pede secutus est. Quē cum
in secreto montis latere cerneret in oratione pstratus: ex
pectare voluit qñ surgeret/vt ipsam quoq; longanimitatē
orationis eius exploraret. Tum subito cœlitus lux emissa
super euz fusa est: qui in oratione pstratus iacebat. Tanta
q; se illo in loco claritas sparsit: vt tota pars regionis illi
ex eadem luce igne candesceret. Quam abbas vt vidit: ins
tremuit et fugit. Cūq; post longum hore spacium idem fra
ter ad monasterium redisset: abbas eius vt disceret: an sa
per se effusionem tāi lamini agnouisset: requirere eū stu
duit dicens. Ubi fuisti frater. At ille latere se posse credēs
in monasterio se fuisse respondit. Quod negante abbate cō
pulsus est dicere: quid vidisset. At ille videns se esse depre
hensum: hoc quoq; qđ abbatem latebat/ apparuit adibgēs
Quando super me vidisti lucez de celo descēdere: vox etiā
pariter venit dicens. Dimissum est tibi pctm tuum. Et qui
dem omnipotens deus pctm eius potuit tacēdo laxare. S; lo
quēdo p vocē/radiēdo p lumē: exēplo sue mie nra ad peni
tētiā voluit corda cōvertere. Miramur fr̄ea charissimi q; p
secutorē suū saulū dñs de celo pstravit: de celo allocut⁹ est
Ecce nris quoq; tēporibus pctōr ⁊ penitēs vocē de celestis
bus audiuit. Illi dictū est. Quid me psequis: iste vero audi
re meruit: dimissū est tibi pctm tuū. Lōge est inferior meri
tis peccator iste penitēs q; paulus. S; q; adhuc i hac re de
saulo loqmur: crudelitātē necis anhelare: liceat audēter di
cere q; saul⁹ propter superbiā vocē increpationis: iste vero
ppter humilitatē vocē consolationis audiuit. hunc q; hui
militas strauerat: diuina pietas erigebat. Illum quia sua
perbia exerebat: diuina seueritas humiliabat. habete ergo
fiduciam fratres mei misericordia conditoris nostri: cogi
tate quid faciatis: recogitate que fecistis. Largasitatem
superne pietatis aspiciate: et ad misericordem iudicē dum
adhuc expectat: cum lachrymis venite. Considerate nōs
q; q; iustus sit: peccata vestra nolite negligere. Considerā
tes vero q; pius: sit nolite desperare. Diebeat apud deum

Saulum pfe
cutorē suū
domin⁹ de ce
lo allocut⁹ est
Act. ix. a. m.

Judicem mi
sericordē hic
cū lachrymis
audire debe
mus.

Homelia. xxxiiij. Fo. cxxj.

homini fiduciam deus homo. Et nobis spes magna penitentibus: quia advocatus noster factus est iudex noster. Qui vivit et regnat cum patre, et spiritu sancto in secula seculorum.

Lectio sancti evangelij secundum Lucam.



In illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Cum audieritis prelia et seditōes nolite terreri. Oportet hec primum fieri: sed nōdū statim

Luce. xxi. c.

finis. Tūc dicebat illis. Surget gēscōtra gēte et regnū aduersus regnū: et terre motus magni erunt per loca: et pestilētie et fames: et terroresq; de celo: et signa magna erunt. Sed ante hec omnia iniicient vobis manus suas et persequentur. Tradentes in signagogas et custodias: trabentes ad reges et presides propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium. Nonite ergo in cordibus vestris non premeditari quēadmodū respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiā cui nō poterunt resistere et cōtradicere oēs aduersarii vestri. Trademini autē a parentibus vestris.

qqq. 4.

Sancti gregorii pape.

tribus et fratribus et cognatis: et amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Homelia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti mamme die natalis eius.

Homelia. xxxv.



Quia longius ab urbe digressi sumus: ne ad reuertendum nos tardior hora prepediat: necesse est vt expositiones sancti euangelij breuior: sermo transcurrat. Dñs ac redemptor noster peritus ri mundi scurrētis mala denūciat: vt eo minus perturbent venientia: quo fuerint prescīta. Minus enim iacula feriunt: que preuidentur: et nos toles-

rabilis mundi mala suscipimus: si contra hęc per prescītis clypeum munimur. Ecce etenim dicit. (Cum audieritis prelia et seditiones: nolite terreri. Opportet primum hęc fieri: sed nondum statim finis) Pensanda sunt verba redemptoris nostri: per que nos aliud interius / aliud exterius passuros esse denūciat. Bella quippe ad hostes pertinent: seditiones ad ciues. Ut ergo nos indicet interius / exterius turbari: aliud nos fatetur ab hostibus: aliud a fratribus perpeti. Sed his malis preuenientibus: quis non statim finis sequatur: adungit. (Surget gens contra gentem: et regnum aduersus regnum: et terremotus magni

Iacula preulsa minus feriunt.

Bella et seditiones differunt.

Homelia. xxxv. Fo. cxxij.

erit per loca: & pestilentie: & fames: terroresq; de celo: & si
gna magna erunt. Vel sicut in quibusdam codicibus inue
nitur: terroresq; de celo: et tempestates atq; post subditur
et signa magna erunt. Ultima tribulatio multis tribulatio
nibus preuenitur: et per crebra mala que preueniunt: indi
cantur mala perpetua que subsequuntur. Et ideo post bel
la et seditiones non statim finis: quia multa debent mala
precurrere: vt malum valeant sine fine nunciare. Sed cum
tot signa perturbationis dicta sunt: oportet vt eorum con
siderationem breuiter per singula perstringamus. Quia
necesse est vt alta e celo/ alta e terra/ alta ab elementis/ alia
ab hominibus patiamur. At enim. (Surget ges cōtra gē
tem) ecce perturbatio hoim. (Erunt terre motus magni p
loca) ecce respectus ire de super/ (Erunt pestilētie) ecce ine
qualitates corporū. (Erit fames) ecce sterilitas terre/ (Ter
roresq; de celo & tēpestates) ecce inequalitas aeris. Quia
ergo omnia consummanda sunt: ante consummationē om
nia perturbantur: & qui in cunctis delinquimus: in cunctis
ferimur: vt impletur quod dicitur. Et pugnabit pro eo or
bis terrarum/ contra insensatos. Omnia nāq; que ad vsum
vite accepimus: ad vsum conuertimus culpe. Sed cuncta
que ad vsum prauitatis infleximus: ad vsum nobis vertū
tur, vitionis. Tranquillitatem quippe humane pacis ad
vsum vertimus vane securitatis. Peregrinationem terre
pro habitatione dileximus patrie. Salutem corporū redi
gimus in vsum vitiorum. Libertatis abundantiam non ad
necessitatem carnis/ sed ad peruersitatem intosimus volu
ptatis. Ipsa serena blandimenta aeris/ ad amorem nobis
seruire coegimus terrene delectationis. Jure ergo restat
vt simul nos omnia feriant: que simul omnia vltis nostris
male subacta seruebant: vt quot prius in mūdo incolumes
habuimus gaudia: tot de se ipso post modū cogamur sen
tire tormentis. Notandum vero quod dicitur (terrores de
celo et tempestates) cum tempestates hyemales venire
ex ordine soleant tēporum: cur hoc loco tēpestates venire
in perditionis signo pdicuntur: nisi q; eas tempestates do
minus venire denunciat: que uequaq; ordinem temporis
seruant. Que enim ordinate veniant signa non sunt: sed tē
qqq. iij.

Sapientie. v.
Orbis terra
rum cōtra ins
ensatos pugna
bit.
Bonoz pros
peritate con
uertimus ad
voluptatis p
uersitatem.

Sancti Gregorij pape.

pestates in signo sunt: que ipsa quoque temporum statuta confundunt. Quod nos quoque nuper experti sumus: qui est in tempus omne conuersum in pluuibus hyemalibus vidimus. Quia autem cuncta hec non de iniusticia ferientis sunt: sed de merito mundi patientis: facta prauorum hominum premituntur: cum dicitur. (Sed ante hec omnia incipient vobis manus suas iniicere: et persequentur et tradent vos in sinagogis: ducentes ad reges et presides propter nomen meum.) Ac si aperte dicat. Prius corda hominum et post elementa turbantur: vt cum rerum ordo confunditur: et qua iam retributione veniat demonstreretur. Nam quibus finis mundi ex ipso suo ordine pendeat: peruersiores tamen quosque inueniens qui digne ruinis illius opprimantur: innotescit: et subditur. (Ducentes ad reges et presides propter nomen meum: continget hec vobis in testimonium.) In testimonium videlicet quorum nisi eorum qui aut persequendo mortes inferunt: aut viuendo non mutantur. Vobis quippe iustorum bonis in adiutorium est: malis in testimonium: vt inde peruersi sine excusatione pereant. vnde electi exemplum capiunt: vt viuant. Sed auditis terroribus turbari poterant infirmorum corda: atque ideo consolatio adiungitur: cum protinus subinfertur. (Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam: cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarii vestri.) Ac si aperte membris suis infirmitatibus dicat. Nolite terri: nolite pertimescere: vos ad certamen acceditis: sed ego prelior: vos verba editis: sed ego sum qui loquor. Sequitur. (Trademini autem a parentibus et fratribus: et cognatis et amicis: et morte afficiet ex vobis.) Minorem dolorem mala ingerunt: que ab extraneis inferuntur. Plus vero in nobis ea tormenta seu iunt: que ab illis patimur: de quorum meritis presumebamus. Quia cum damno corporis: mala nos cruciant amisse a charitatis. hinc est enim quod de iuda traditore suo per psalmistam dominus dicit. Et quidem si inimicus meus maledixisset mihi: supportassem utique: et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset: abscondissem me utique ab eo. Tu vero homo vnanimis: dux meus: et notus

Mors iustorum
bonis est in adiutorium.

Tormenta a
notis illata
plus nocet quam
ab ignotis.

ps. lxxij.

Homelia. xxxv. Fol. cxxiij

mens: qui simul mecum, dulces capiebas cibos: in domo
dei ambulaminus cum consensu. Et rursum. Homo pacis
mee in quo sperabam: et qui edebat panes meos: amplia-
uit aduersum me supplantationem. Ac si de traditore suo
apertis uocibus dicat. Transgressionem eius tanto gra-
uius pertulit: quanto hanc ab eo qui mens esse videbatur
sensi. Omnes ergo electi quia summi capitis membra sunt
caput quoque suum in passione sequitur: ut ipsos quosq; ad-
uersarios in sua morte sentiant: de quorum uita presume-
bant: et ut tanto eis crescat merces operis: quanto in eis
uirtutis lucrum proficit ex alio damno charitatis. Sed quae
dura sunt quae predicantur de afflictione mortis: protinus
consolatio subditur de gaudio resurrectionis: cum dicitur.
(Capillus de capite vestro non peribit.) Scimus fratres es:
quia caro incisa dolet: capillus de capite vestro non peribit) ut
martyribus suis. (Capillus de capite vestro non peribit) ut
delicet aperte dicens. Cur timetis ne pereat quod incisus
dolet: quando et illud in uobis perire non potest: quod inci-
sum non dolet. Sequitur. In patientia uestra possidebitis
animas uestras (Idcirco possessio anime in uirtute patien-
tie ponitur: quia radix omnium: custosque uirtutum patien-
tia est. Per patientiam uero possidemus animas nostras:
quia dum nobis ipsis dominari dicimus: hoc ipsum incipi-
mus possidere quod sumus. Patientia uero est aliena ma-
la equanimiter perpeti: contra eum quoque qui mala irro-
gat: nullo dolore mordere. Nam qui sic proximi mala por-
tat: ut tamen tacitus doleat: et tempus digne retributio-
nis querat: patientiam non exhibet: sed ostendit. Scriptum quip-
pe est. Charitas patientes est: benigna est. Patientes namque est
ut aliena mala toleret. Benigna uero est: ut ipsos etiam
quos portat: amet. Hinc namque per semetipsam ueritas di-
cit. Diligite inimicos uestros: benefacite his qui oderunt
uos: orate pro persequentibus et calumniantibus uos. Vir-
tus itaque est coram hominibus aduersarios tolerare: sed uir-
tus: coram deo diligere. Quia hoc solum deus sacrificium
accipit: quod ante eius oculos in altari boni operis flam-
ma charitatis incendit. Sciendum uero quod plerumque ideo
patientes esse uidemur: quia retribuere mala non possumus

ps. xl.

Judas gras-
uit nocuit dñs
q̄ si nō fuisset
de eius fami-
lia,

G. 172. 730073

Capillus inci-
sus non dolet

noo nullae
Patientia qd
est. uirtus est
qui ad uirtute

i. cor. b. xxij.

Matth. v. g.
et Luc. vi.

Sacrificium
quod est deo
acceptum.

qqq. liij.

Sancti Gregorii pape

sed qui idcirco malum non retribuit: quis nequa q̄ valet?
proculdubio (vt prediximus) patiens non est. Quia patien-
tia non in ostensione inquiritur: sed in corde. Per impatien-
tie autem vitium ipsa virtutum nutriti doctrina / dissipatur
Scriptum namq; est. Doctrina viri per patientiam noscit.
Tanto ergo quisq; minus ostenditur tacitus: q̄to convinci-
tur minus patiens. Neq; enim potest veraciter bona docē
do impendere: si viuēdo nesciat equanimiter aliena mala
tolerare. Quanto enim culmine virtus patientie pollet:
rursus salomon indicat dicens. Melior est patiens viro for-
ti: q̄ qui dñatur animo suo: expugnatotevrbiam. Minor est
ergo victoria vrbes expugnare: q̄ extra sunt que vincunt.
Maius autem est quod per patientiam vincitur: quia ipse
a se animus superatur: q̄ semetipsum sibi metipsum subicit: q̄
eum patientia in humilitatis tolerantia sternit. Sciēdum
vero est q̄ plerūq; euenire patientibus solet: vt eo quidem
tempore quo aduersa patiuntur / vel contumelias audiunt
nullo dolore pulsant: q̄ sic patientiam exhibeant. vt custodi-
re etiam cordis innocentiam curent. Sed cum post paulu-
lum hec ipsa que pertulerint: igne vehementissimi: dolo-
ris instigantur. Argumenta vitionis inquirunt: et mansue-
tudinem quam tolerantēs habuerunt: in retractatione sua
semetipsums diiudicantes perdunt. Callidus namq; aduer-
sarius bellum contra duos monet: vnum videlicet inflam-
mans: vt contumelias prior inferat / alterum vero prouo-
cans: vt contumelias lesus reddat. Sed quia eius iam vi-
ctor extitit: quē ad proferendas contumelias cōmonit: con-
tra illum acris dolet: quem ad reddendas iniurias com-
mouere non potuit. Unde fit vt tota se virtute contra eum
erigat: quē contumelias fortiter pertulisse cōsiderat. Quē
quia cōmouere in ipsa iniuriarum iaculatione non potuit
ab a perto certamine interim recedēs in secreta cogitatio-
ne deceptionis tempus inquirat. Et qui in publico bello p-
didit: ad exhibēdas occulte insidias exardescit. Quē rē nā
q̄ tam tempore ad victoris animum redit: q̄ vel dāns rerū
vel iniuriarum iacula ad memoriam reducit. Cunctaq; q̄
sibi illata sunt: vehementer exaggerans: fuisse intolerabi-
lia ostendit. Et quiescentis animum tanto furore contur-

puerbi. xix. d

prover. xvi. d

Bellum con-
tra duos mo-
uet callidus
aduersarius.

Homelia. xxxv. Fo. cxxiij.

bat: ut plerumq; vir patiens illa se equanimiter tolerasse etiam post victoriam captiuus erubescat: sed non reddidis contumelias doleat: et deteriora repedere (si occasio prebeatur) querat. Quibus ergo isti sunt similes: nisi his qui per fortitudinem in campo victores sunt: sed per negligentiam post modum intra urbis claustra capiuntur. Quibus isti sunt similes: nisi is quos irruens gravis languor a vita non subtrahit: sed leuiter veniens recidiva febris occidit. Ille ergo veraciter patientiam seruat: qui et ad tempus aliena mala sine dolore tolerat: et hec eadem retractans pertulisse se talia exultat: ne bonum patientie quietis tempore pereat: quod in perturbationibus custoditur. Sed quod natalem martyris hodieus die colimus fratres mei: nequaquam nos a virtute eius patientie est: mare extraneos debemus. Si enim adiuvante nos domino virtutem patientie seruare contendimus: et in pace ecclesie viuimus: et tamen martyrij palmam tenemus. Duo quippe sunt martyrij genera. vnum in mente / aliud in mente simul et actione. Itaque esse martyres possumus: etiam si nullo ferro percussentium trucidemur. Mori quippe a persequente martyrium in aperto opere est. Ferre vero contumelias / odientem diligere / martyrium est in occulta cogitatione. Nam quia duo sunt martyrij genera: vnum in occulto opere / aliud in publico testatur veritas: que zebedei filios requirit dicens Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. Cui unus protinus responderent / possumus. Illico dominus respondit dicens. Calicem quidem meum biberis. Quid enim per calicem nisi dolorem passionis accipimus. De quo alibi dicit. Pater si fieri potest: transeat a me calix iste: et zebedei filij: id est iacobus: et iohannes non vterq; per martyrium occubuit: et tamen quod vterq; calicem biberet: ausunt. Iohannes namque nequaquam per martyrium vitam finiuit: sed tamen martyr exiit: quia passionem quam non suscepit in corpore: seruauit in mente. Et nos ergo hoc exemplo sine ferro esse possumus martyres: si patientiam veraciter in animo custodimus. Non ab re arbitror fratres charissimi synodus vobis exemplum seruande patientie ad edificationem loquar. Fuit quidam diebus nostris stephanus nomine: pa-

Martyrij genera duos.

Matth. xx. c.
et Mar. x.

Matth. xxvi. d
et Mar. xiiij.

Patientie seruande exemplum singulare.

Sancti gregozij pape.

ter monasterij iuxta reatinę vrbis menia constituti: vir val
de sanctus / patientie virtute singularis. Et supersunt multa
ei qui illum nouerunt: eiusq; vel vitam / vel obitum narrāt.
Erat autem huius lingua ruffica: sed doctus vita. hic pro a
more celestis patrie cuncta desperat: possidere aliquid
in hoc mundo fugiebat. Tumultus deuitabat hominum:
crebris ac prolixioribus orationibus intentus erat. Virtus
tamen patientie in eo vehementer excreuerat: ita vt eum
sibi amicum crederet: qui sibi molestie aliquid irrogasset.
Reddebat contumelijs gratias: si quod in ipsa sua inopia
dammum fuisset illatum: hoc maximum lacrum putabat.
Omnes suos aduersarios nihil aliud q̄ adiutores estimaba
bat. Tunc cum dies mortis eius egredi de corpore vrge
ret: conuenerunt multi: vtram sancte anime de hoc mun
do recedenti suas commendarent. Cumq; circa lectum il
lius hi qui cōuenerant omnes assisterēt: alij corporeis o
culis ingredientes angelos viderunt: sed dicere aliquid nullo
modo potuerūt. Alij omnino nihil viderunt: sed omnes
qui aderant ita vehementissimus timor perculit: vt nullus
egrediente illa sancta anima / illic stare potuisset. Et hi er
go qui viderant / et hi qui omnino nihil viderant: vno om
nes timore perculsi et territi fugerunt. Nullusq; illic assis
tere illo moriente potuit. Pensate ergo fratres omni
pensans deus qualiter terreat: quando districtus iudex ventu
rus est: si sic assistentes terruit: quādo gradus remunerā
onis venit: aut qualiter timeri potest / cum videri poterit: si sic
mentes presentium strauit: et quando videri non potuit.
Ecce fratres charissimi seruata illa in ecclesiastica pace pa
tientia: ad quantum hunc retributionis: culmen euegit.
Quid huic suis conditor intus dedit: de quo nobis tantam
gloriam in die eius exitus et foris innotuit: Quibus hunc
credamus nisi sanctis martyribus sociatum / quem attestā
tibus corporeis quoq; oculis a beatis spiritibus constat esse
susceptum. Nullo iste gladio percussus occubuit: et tamen
coronam patientie quam in mēte tenuit in egressione per
cepit. Probamus quotidie verum esse quod ante nos dictū
est: quia sancta ecclesia electorum floribus plena: habet in
pace lilia: in bello rosas. Sciendum preterea est / q̄ tribus

Aduersarij
possunt dici
adiutores.

Patientie vir
tus tribus mo
dis exerceri
solet.

Homelia. xxxv. Fo. cxxv.

modis virtus patientie exerceri solet. Alia namq sunt que a dño: alia que ab antiquo aduersario: alia que a proximo sustinemus. A proximo namq persecutiones/ damna/ & contumelias: ab antiquo vero aduersario testamēta a deo autem flagella toleramus. Sed in his omnibus tribus modis vigilantia oculo semetipsam debet mens circūspiceret ne cōtra mala proximi pertrahatur ad retributionem maiore: ne contra tentamenta aduersarij seducatur ad delectationem vel consensum delicti: ne contra flagella opificis ad excessum proruat murmurations. Perfecte enim aduersarius vincitur: quando mens nostra et inter tentamenta eius a delectatione atq consensu non trahitur: et inter contumelias proximi custoditur ab odio: et inter flagella dei compescitur a murmuracione nec hec agentes retribui nobis bona presentia requiramus: nam pro labore patientie bona speranda sunt sequentis vite: vt tunc premium nostri laboris incipiat: quando omnis iam labor funditus cessat. Unde et per psalmistam dicitur. Non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem. Quasi enim peruisse patientia pauperum cernitur: cum nihil pro illa in hac vita humilibus recompensatur. Sed patientia pauperum in finem non peribit: quia tunc eius gloria percipitur: cū simul omnia laboriosa terminantur. Seruare ergo fratres in mēte patientiam: eamq cum res exigit: exercete in operatione. Nullum vestrum ad odium proximi contumeliosa verba commoueant: nulla periturarum rerum damna perturbent. Si enim fixa mēte mansura dāna pertimescitis: damna rerum transeuntium gratia non putatis: si eterne retributionis gloriā cōspicitis: de temporali iniuria non doletis. Tolerate ergo aduersarios vestros: sed vt fratres diligite: quos toleratis. Eterna p̄mia pro damnis temporalibus querite. Nec quisq vestruz suase viribus hanc implere posse confidat: sed obtinere precibus vt ipse hanc qui imperat/ prestet. Et scimus/ quia petētes libenter exaudiet: quando hoc petitur largiri: quod iubet. Cum continuo pulsatur in prece/ concute opitulatur in tentatione Iesus christus dominus noster. Qui cum patre et spiritu sancto viuūt & regnat in secula seculorum. Amen.

ps. lx.

Patentia est
exercenda in
operatione.

Sancti Gregorij pape.
Lectio sancti euangelij: se-
cundum Lucam.

Luce. xliij. d.



N illo tēpore. Di-
xit iesus discipulis suis pa-
rabolam hanc. Homo quis-
dam fecit cenam magnam: et
vocauit multos. Et misit ser-
uum suum hora cene dicere
inuitatis vt venirēt: quia iam parata sunt om-
nia. Et ceperūt omnes simul excusare. Pri-
mus dixit ei. Villam emi/et necesse habeo
exire et videre illam. Rogo te: habe me ex-
cusatum. Et alter dixit. Iuga boum emi qui-
bus: et eo probare illa. Rogo te: habe me ex-
cusatum. Et alius dixit. Uxorē duxi: et ideo
non possum venire. Et reuersus seruus nū-
ticiauit hec domino suo. Tunc iratus pater fa-
miliās dixit seruo suo. Exi cito in plateas et
vicos ciuitatis: et pauperes ac debiles: ce-
cos et claudos introduce huc. Et ait seruus.
Dñe factum est vt imperasti: et adhuc locus
est. Et ait dñs seruo. Exi in vias et sepes et
cōpelle intrare: vt impleat̃ domus mea. Di-

Homelia. xxxvj. Fo. cxxvj.

co autem vobis q̄ nemo v̄sorum illorum q̄
vocati sunt: gustabit cenam meam.

Homelia lectionis eius
dem habita ad populuz in ba
silica beatorū apostolorū Phi
lippi & Jacobi Dñica secūda
post trinitatē. Ho. xxxvj.

Hoc distare fratres charissimi inter delicias cor
poris et cordis solet: q̄ corporales delicie cum
non habentur graue desiderium in se accen
dunt: cum vero habite eduntur: comedentem
protinus in fastidium per satietatem vertunt.
Et contra spirituales delicie cum non habentur in fastidio
sunt: cum vero habentur in desiderio: tantoq̄ a comedente
āplius esuriuntur: Et ab esuriēte āplius comeduntur
In illis appetitus placet: experiētia displicet. In istis appe
titus vilis est: et experiētia magis placet. In illis appetit⁹
saturitatē: saturitas fastidiū generat. In istis autē appetit⁹
saturitatē: saturitas appetitū parit. Augent enī spirituales
delicie desiderū in mente dū satiāt: q̄ quāto magis earū
sapor percipit: eo amplius cognoscitur: q̄ avidius ametur
Et idcirco non habite amari nō possunt: quia earum sapor
ignozatur. Quis enim amare valeat quod ignorat. Proin
de psalmista nos admonet dicens. Sustate & videte qm̄ sua
uis est dominus. Ac si aperte dicat. Susustatem eius non
agnoscitis: sic hāc minime gustatis. Sed cibum vite ex pa
lato cordis tangite: vt probantes eius dulcedinem amare
valeatis. has autem homo delicias tunc amisit: cum in pa
radiso peccauit: extra exiit: cum os a cibo interne dulcedi
nis clausit. Unde nos quoq̄ nati in huius peregrinationis
erunja: huc fastidio: si tam venimus: nescimus quid deside

Corporis et
cordis delicie
plurimum in
ter se differit

Ps. xxxij.

Multi sunt q̄
nesciunt quid
desiderare
debeant.

Sancti gregozij pape.

rare debeamus. Tātoq; āplius fastidij nostri morbus exag-
gerat: q̄to se magis ab esu illius dulcedinis animus elon-
gat. Et eo lam internas delicias non appetit: quo eas cos
medere diu longeq; dissuevit. Fastidio ergo nostro tabes-
cimus: et longo medie peste fatigamur. Et quia gustare
intus nolumus paratam dulcedinem: amamus foris mit-
teri famem nostram. Sed superna nos pietas nec deserens
se deserit. Cōtemptas enim illas delicias ad memorie
nostre oculos reuocat: easq; nobis proponit: in promissione
torporem excutit: atq; vt fastidium nostrum repellere des-
beamus inuitat. At namq; (homo quidam fecit cenam
magnam: et vocauit multos.) Quis iste homo est nisi ille
de quo per prophetam dicitur. Et homo est: et quis cognos-
uit eum. Qui fecit cenam magnam: quia satietatem nobis
dulcedinis interne preparauit. Qui vocauit multos: s; pau-
ci veniant: quia nōnunq; ipsi qui ei per fidem subiecti sunt:
eterno eius conuiuio male viuendo contradicunt. Sequit-
tur (Misit autem seruum suū hora cene dicere inuitatis: vt
venirent.) Quid hora cene nisi finis est mūdi. In quo nimis
rū nos sumus: sicut iam dudum paulus testatur dicens. In
quos sine seculorum deuenerunt. Si ergo tā hora cene est
cum vocamur: tāto minus nos debemus excusare a conuiuio
dei quāto lam propinquasse cernimus finem seculi. Quo et
pensamus: quia nihil est quod restat: eo: debemus prius
secre ne tempus gratie q̄ presto est: pereat. Idcirco autē
hoc conuiuium dei non prandium: sed. cena vocatur: quia
post prandium cena restat. Post cenam vero conuiuium
nullum restat. Et quia eternum dei conuiuium nobis ex-
tremum preparabitur rectum fuit vt hoc non prandium
sed cena vocaretur. Sed quis per hunc seruum qui a pa-
trifamilias ad inuitandum mittitur: nisi predicatorum ora-
do designatur. De quo: videlicet ordine quīs adhuc indi-
gni exultamus: quīs peccatorum ponderibus grauamur: et
nos tamen in istis diebus sumus: et cum de edificatione
vobis loquor: hoc est quod ago. Seruus enim sum summi
patrifamilias. Cum vos adimoneo ad contemptum seculi:
li: inuitare vos venio ad cenam dei. Nemo me propter me
hoc in loco despiciat. Et si ad inuitandum nequaq; dignus

Cenam ma-
gnā fecit do-
minus.

l. Coz. x. c.

Cena facta
nullum restat
conuiuium.

Homelia. xxxvi. Fo. cxxvi.

appareo: sed tamen magne sunt, deliciae quas promitto. **N**uñ cū verba
Sepe fratres mei solet euenire quod dico: vt persona potens quandoq; de
tens famulum habeat despectum: cumq; per eum suis forsipiciuntur nō
te vel extraneis aliquid responsum mandat: non despicitur ppter ipsam
tur persona loquentis serui: quia seruatur in corde reuerentia sed ppter de-
tia mittentis domini. Nec pensant qui audiunt per quem: minium mure
sed quid vel a quo audiant. Ita ergo fratres ita vos agite: tem.
et si nos forsitam digne despiciatis in mente tamen vestra
vocantis domini reuerentiam seruate. Coniue fieri sumus
mi patrisfamilias libenter obedite. Corda vestra discuti-
te: atq; ex eis mortale fastidium pellite. Ad repellendum
namq; fastidium vestrum iam parata sunt omnia. Sed si
adhuc carnales estis: fortasse epulas carnales inquiritis.
Ecce ipse carnales epule in spiritali vobis alimento cons-
uerse sunt. Ad abstergendum namq; mentis vestre fasti-
dium: in cena dei ille vobis singularis agnus est occisus. Sz
quid agimus: qui hoc quod subiungitur adhuc fieri a mul-
tis videmus. (Et ceperunt simul omnes excusare.) Offert
deus quod rogari debuerat: non rogatus dare vult: quod
vix sperari poterat: quia dignaretur largiri postulatus: et
tamen contentur. Contemptoribus vero paratas delicias
refectionis eterne denunciat: et tamen simul omnes excu-
sant. Ponamus ante oculos mentis minima: vt possumus dis-
sue pensare maiora. Si quispiam potens ad iuitandum
quemlibet pauperem mitteret: quid fratres rogo: quid pau-
per ille faceret: nisi de eadem sua iuitatione gauderet: re-
sponsum humile redderet: vestem mutaret: ire quantotius
festinaret: ne prior se ad potentis conuiuium alter occur-
reret. homo ergo diues iuitat: et pauper occurrere festi-
nat. Ad dei inuitamur conuiuium: et excusamus. Sed ecce
inter hec estimare possum: quid sibi corda vestra respō-
deant. Occultis enim fortasse sibi met cogitationibus di-
cunt excusare nolumus. Ad illum enim superne refectionis
conuiuium et vocari et peruenire gratulamur. Loquen-
tes vobis talia mentes vestre verum dicunt: si nō plus ter-
rena q̄ celestia diligunt: si nō āplius rebus corporalibus q̄
spiritalibus occupātur. Vñ hic quoq; ipsa excusantium cau-
sa subiungitur: cum profinus subinfertur. **P**rimus dixit.

Sancti Gregorij pape.

Villā terrenā
substantiam
signat. Boum
quinq; iuga
quinq; sensus
representant.

Villā enim et necesse habeo exire videre illam rogo te ha-
be me excusatum.) Quid per villam nisi terrena substantia
designatur. Exiit ergo videre villā: qui sola exteriora
cogitat propter substantiā. (Aliter dixit. Juga boui emi qñ
q;: et eo probare illa rogo te habe me excusatum. Quid in
quinq; iugis boum: nisi quinq; corporis sensus accipimus
qui recte quoq; iuga vocati sunt: quia in vtroq; sexu gemi-
nantur. Qui videlicet corporales sensus: q; inferna cōpres-
hendere nesciunt: sed sola exteriora cognoscunt: et deserent
tes intima: ea q̄ extra sunt tangunt: recte per eos curiosi-
tas designatur: que dum alienam querit vitam discutere
semper sua intima nesciens: studet exteriora cogitare. Gra-
ue namq; curiositatis est vitium: que dum cuiuslibet mens-
tem ad inuestigādum vitium: proximi exterius ducit: semp
et sua intima abscondit: vt aliena sciens se nesciat: et curios-
si animus quāto peritus fuerit alieni meriti: tāto fiat igna-
rus sui. Propter hoc namq; et de eisdem quinq; iugis, boui
dicitur. (Eo probare illa rogo te habe me excusatum.) Ipsa
enim excusantis verba a vitij sui significatione: non discre-
pant: dum dicit eo probare illa: quia videlicet aliquando
pertinere probatio ad curiositatem solet. Sed notandum
est q; et is qui propter villam: et is qui propter probanda
iuga boum a cena sui inuitatoris excusat: humilitatis ver-
ba permiscet dicens (rogo te habe me excusatum) dñ enim
dicit rogo te: et tamen venire contēnit: humilitas sonat in
voce superbia in actione. Et ecce hec diiudicat praua quis
q; cum audit: nec tamen ea que diiudicat agere desistit.
Nam dum cuiuslibet peruerse agentis dicimus conuertere:
deum sequere: mundum relinque: vbi hunc nisi ad domini
cam cenam vocamus. Sed cum respondeat ora pro me: q;
peccator sum: hoc facere non possum: quid aliud agit: nisi
et rogat et excusat. Dicens namq; peccator: sum humilita-
tem insinuat: subiungens aurem conuerti non possum: su-
perbiam demonstrat. Rogādo ergo excusat: qui et humili-
tatem superducit in voce: et superbiam exercet in actione
(Alius autem dixit: vxorem duxi: et ideo non possum veni-
re). Quid per vxorem nisi voluptas carnis accipitur. Nam
quis bonum sit coniugium: atq; ad propagandam sobolem

Coniugij bo-
num est.

Homelia. xxxvi. Fo. cxxviii.

providentia divina constitutum: nonnulli tamē nō per hoc
fecunditatem prolis: sed desideria expetunt voluptatis: et
idcirco per rem iustam significari potest non incōgrue res
iniusta. Ad cenam ergo nos eterni conuiuij summus pater
familias inuitat: sed dum alius auaricie/ alius curiositati
alius voluptati carnis est dedit: nimirū reprobis sicut oēs ex
cūsāt: dñi hūc terrena cura occupat illū alieni actus sagax
cogitatio deuastat: alterius etiā mentē voluptas carna-
lis inquinat: fastidiosus: quisq; ad eterne vite epulas non
festinat. Sequitur. (Reuersus seruus/nunciauit hec domi-
no suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo. Exi cito
in plateas/ et vicos ciuitatis: et pauperes/ debiles/ cecos et
claudos introduc huc) Ecce q̄ terrene substantie pl^o isto inci-
bit/ venire ad dñicam cenam recusat: qui labori curiosita-
tis insudat: preparata vite alimenta fastidit: q̄ carnalibus
desiderijs inseruit: spiritualis conuiuij epulas respuit. Qui
ergo venire superbi rēnunt: pauperes eliguntur. Cur hoc.
Q̄ iuxta pauli vocem infirma mūdi eligit deus: vt confu-
dat fortia. Sed notādum nobis est quomodo describantur
qui ad cenam vocantur/ et veniunt. Pauperes et debiles di-
cuntur qui iudicio suo apud semetipsos infirmi sunt. Nam
pauperes et quasi fortes sunt: qui et positi in paupertate su-
perbiunt. Ceci vero sunt: qui nullum ingentis lumen habēt.
Claudi quoq; sunt qui rectos gressus in operatione non ha-
bent. Sed dum mouim vitia in mēbroz debilitate signan-
tur: profecto liquet: quis sicut illi peccatores fuerunt: qui
vocati venire noluerunt: ita hi quoq; peccatores sunt/ qui
inuitantur: et veniunt. Sed peccatores superbi respiciuntur:
vt peccatores humiles eligantur. hos itaq; elegit deus
quos despicit mundus: quia plerumq; ipsa despectio homi-
num reuocat ad semetipsum. Is enim qui patrem reliquit
et partem substantie quam perceperat prodige expandit:
postq; esurire cepit: in se reuersus dixit. Quanti mercentia-
rii in domo patris mei abundant panibus. Longe quip-
pe a se discesserat: quando peccabat. Et si non esurisset: in
semetipsum minime redisset. Q̄ postq; terrenis rebus in-
dignit: tunc cogitare cepit quid de spiritalibus amisit. Pan-
peres ergo et debiles ceci et claudi vocātur et veniunt: quia

Auaricia/ curi-
ositas/ et vo-
luptas puant
homines ces-
na dominica.

i. Cor. i. d.
Pauperes et
debiles q̄ dis-
cuntur.

Deus elegit
quos mūdus
despiciit.

Luce. xv.

Sancti Gregorii pape.

l. Reg. xxx. c.

infirmi quicquid atque in hoc mundo despecti plerumque tanto celarius vocem dei audiunt: quanto et in hoc mundo non habent ubi delectentur. Quod bene amalechitarum puer ille egyptius designat: qui a malechitis predictantibus atque currentibus eger remansit in via: et fame sitisque aruit: quem cum dauid inuenit: ei cibum potumque prebuit: qui illico conualescens dux dauid factus est. Coniuuantes amalichitas repperit et eos qui se debilem reliquerant: cum magna fortitudine perstrauit. Amalechita quippe populus lambens vocatur.

Amalechita
populus lambens
vocat

Et quid per lambentem populum nisi mentes secularium designantur: que terrena cuncta ambiendo quasi lambunt: dum solis temporalibus delectantur. Quasi enim populus lambens predam facit: dum terrena diligentes lucra de alienis dominis exaggerat. Sed puer egyptius eger in via relinquitur: quia peccator quisque dum infirmari ab huius mundi statu ceperit: mox secularibus mentibus in despectum venit. Quem tamen dauid inuenit: eius cibum et potum prebet quod manu fortis dominus abiecta mundi non despicit: et plerumque eos qui se quod mundum minime valentes quasi in via remanent: ad amoris sui gratiam conuertit: eisque verbi sui cibum et potumque porrigit: et quasi duces sibi in via eligit dum suos etiam predictatores facit. Dum enim christum peccatorum cordibus inferunt: quasi dauid super hostes ducunt. Qui coniuuantes a malechitas velut dauid gladio ferunt: quia superbos quosque qui se in mundo despererant: osidi virtute prosternit. Puer ergo egyptius qui in via remanserat: amalechitas interfecit: quia plerumque ipsi mentes secularium predicando superant: qui prius cum secularibus in hoc mundo currere non valebant. Sed deductis ad cenam pauperibus quid puer subiungat audiamus. (Dne factum est ut in pastis: et adhuc locum est) Multi tales ad cenam dominicam ex iudea collecti sunt: sed multitudo que ex istra elitico populo credidit: locum superni conuiui non impleuit. Intrauit iam frequentia iudeorum: sed adhuc locus vacat in resano ubi suscipi debeat numerositas gentium. Ubi et eidem seruo dicitur (Exi in vias et sepes: et compelle intrare: ut impleatur domus mea) Cum de vicis et plateis ad cenam quosdam dominus inuitat: illum videlicet populum designat in quem tenere legem sub vrbana conuersatione nouerat. Cum vero quatuor filios colligi ex vno

Homelia. xxxvi. Fo. cxxix.

et sepius precipit: nimirum aggressi populum colligere. i. gentilem. quoniam de cuius significatione per psalmistam dicitur. Tunc exultabunt omnia signa silvarum ante faciem domini quoniam venit. Ligna enim silue gemes vocare sunt: quoniam in infidelitate sua totae et infructuosae semper fuerunt. Qui ergo ex illo aggressi usu conuersi sunt: ad cenam dominicam quasi ex sepius venerunt. Notandum vero est quod in hac inuitatione tertia non dicitur inuita: sed prope pelle intrare. Alii enim vocantur et venire continentur. Alii vocantur et veniunt. Alii autem nequaquam dicitur quia vocantur: sed compelluntur ut intrent. Vocantur et venire continentur: qui doctum quidem intellectus accipiunt: sed eundem intellectum operibus non sequuntur. Vocantur et veniunt: qui acceptam intellectus gratiam operando perficiunt. Quidam vero sic vocantur ut etiam compellantur. Nam sunt nonnulli: qui bona facienda intelligunt: sed hec facere desistant. Videtur quod agere debeant: sed hec ex desiderio non sequuntur. His plerumque (ut superius diximus) contingit: ut eos in carnalibus desideriis suis mundi huius aduersitas feriat: apprehendere temporalem gloriam conentur: et nequeant: et dum per alta pelagi quasi ad grandiores curas huius seculi nauigare proponunt: semper aduersis fluctibus ad deiectionis sue littora repellantur. Cuius se frangunt in desideriis suis aduersante mundo conspiciunt: qui de se auctori suo debeant commemorant: ita ut ad eos erubescerent redeant: qui eis superbiestes per mundi amorem deserebant. Sepe namque nonnulli ad temporalem gloriam proficere volentes: aut longa egreduntur tabescunt aut afflicti iniurijs concidunt: aut percussis gravibus damnis affliguntur: et in mundi dolore videntur: quoniam nihil proficere de eius voluptate debuerunt: sed ipsos in suis desideriis reprehendentes: ad deum corda conuertunt. De his quippe dominus per prophetam dicit. Ecce ego sepiam viam tuam tuam spinis: et sepiam eam maceris: et semitas suas non inueniet: et sequitur amatores suos: et non apprehendet eos queret et non inueniet eos: et dicit. Uadam et reuertar ad virum meum priorum: quia bene michi erat tunc magis quam nunc. Vir unus cuiusque fidelis anime deus est: quia hec videlicet est est coniuncta per fidem. Sed illa que coniuncta deo fuerat anima: amatores suos sequitur: quando mens que iam credidit per fidem: adhuc se immundis spiritibus in

ps. xcv.
Sensiles vos
cati sunt ligna
silue.

Gloria temporalis multum conatur apprehendere: et nequeunt.

Osce. ij. b.

Alte cuiusque fidelis vir deus est.

rrr. ij.

Sancti Gregorij pape.

operatione substernit: mundi gloriam querit: carnali delectatione pascitur: exquisitis voluptatibus nutritur. Sed plerumq; omnipotens deus talem animam misericorditer respicit: et eius voluptatibus amaritudines permiscet. Unde dicit. Ecce ego sepiam vias tuas spinis. Uie etenim nostre spinis septe sunt: quando in hoc q; male cupimus: dolorem compunctiones inuenimus. Et sepiam eos mareas: et semitas suas non inueniet. Uie nostre maceria sepiatur: cum desiderijs nostris dure in hoc mundo obiectiones resistunt. Et semitas nostras inuenire non possumus: quis hoc quod male querimus / adipisci prohibemur. Et sequetur amatores suos: et non apprehendet eos: queret et non inueniet eos: quis malignos spiritus quibus se in suis desiderijs anima subdidit: ad desideriorum suorum effectum minime comprehendit. Sed ex hac salubri aduersitate quata utilitas nascatur / adiugit cum subditur / et dicit. Uada et reuertar ad virum meum priorem: qz bene mihi erat tunc magis qm nunc. Postq; ergo vias suas spinis septas inuenit: postq; amatores suos apprehendere non valet: ad amorem viri prioris redit: qz plerumq; postq; in hoc mundo non possumus obtinere q; volumus: postq; in terrenis desiderijs de ipsibilitate lassamur: tunc ad mentem deum reducimus: tunc placere incipit: quod displicebat et is cuius nobis amara fuerat precepta: repente dulcescit in memoria: et peccatrix anima que adultera conata est esse: nec tamen aperto opere potuit: decernit esse fidelis coniunx. Qui ergo huius mundi aduersitatibus fracti: ad dei amorem redeunt: atq; a presentis vite desiderijs corriguntur: quid isti fratres mei nisi compelluntur ut intrent. Sed valde est tremenda sententia: que protinus subinfertur. Intenta hanc cordis aure percipite fratres et domini mei (inquit peccatores fratres mei: inquit iusti domini mei) intenta hac aure percipite: ut tanto eam minus sentiat in examine: quanto nunc auditis formidolosius in predicatione. Aut enim (Dico a sit vobis: q; nemo virorum illorum qui vocati sunt: gustabit cenam meam) Ecce vocat per se vocat per angelos: vocat per patres: vocat per prophetas: vocat per apostolos vocat per pastores vocat etiam per nos: vocat plerumq; per miracula: vocat plerumq; per se

Osee. ij. b.

Uie nre maceria sepiant

Compelluntur aliqui intrare ad cenam domini.

Deus nos vocat multipli.

Homelia. xxxvi. Fo. cxxx.

Gella: vocat aliquando per huius mundi prospera vocat a
liquando per aduersa. Nemo contemnat: ne dum vocatus
excuset: cum voluerit intrare non valeat. Audite quid sa-
pientia per salomonem dicat. Tunc inuocabunt me et non
exaudiam: mane consurgent: et non inuenient me. hinc est
quod fatue virgines tarde venientes clamant dicentes. Domi-
ne domine aperi nobis. Sed iam tunc aditum querentibus
dicitur. Amē dico vobis: nescio vos. Quid inter hec fratres
charissimi nisi relinquere omnia debemus: curas mundi
postponere: solis desiderijs eternis inhiare: sed hec pau-
cis data sunt. Ammonere vos volo vt, relinquatis oīs: sed
nō presumo. Si ergo cūcta mundi relinquere nō potestis:
sic tenete quod huius mundi sūt: vt tamē per ea non teneami-
ni in mundo: vt terrena res possideatur: non possideat:
sub mentis vestre sit dñō quod habetis: ne mens vestra dum
terrenarū rerū amore vincit: a reb⁹ suis ipsa magis possi-
deatur. Sit ergo res tēporalis in vsu eterna in desiderio:
sit res tēporalis in itinere: desideretur eterna in pūetione
Quasi ex latere respiciat quicquid in hoc mūdo agit. An-
te nos autē tendant mentis oculi: dum tota intentione illa
conspiciant: ad que perueniemus. Extirpentur funditus vi-
tia: non solum ab actu operis: sed etiam a cogitatione cor-
dis euulsa. Non nos voluptas carnalis: non sollicitudo cu-
riositatis: nō estus ambitionis a dominica cena prepediat:
sed ipsa quoque honesta que in mundo agimus: quasi ex quo-
dam mentis latere tangamus: vt terrena quilibet sic nostro
corpore seruiant: quatenus cordi minime obsistant. Nō er-
go fratres audemus vobis dicere vt omnia relinquatis:
sed tamen si vultis omnia etiam retinēdo relinquitis: si sic
temporalia geratis: vt tamen tota mente ad eterna tenda-
tis. hinc etiam paulus apostolus dicit. Tempus breue est:
reliquum est vt qui habent vxores: tanquā non habētes sint:
et qui sicut: tanquā nō sicut: et qui gaudent: tanquā nō gau-
dentes: et qui emunt: tanquā non possidentes: et qui vtuntur
hoc mundo: tanquā non vtantur: preterit enim figura huius
mundi. vxorem namque habet: sed quasi non habens: qui sic
scit debita carnis exsoluere: vt tamen per eam mundo to-
ta mente non cogatur inherere. Nam cum idem rursum

Prover. i.
Mat. xxv. 9.

Bona mūda
na qualis sūt
tenenda.

Oīa relinque
re possumus
etiā retinēdo
i. Cor. vii. e.

Sancti gregori pape.

Idem in eos.

Gaudes tãq̃
non gaudeas

Theophani
comitis com-
mendatio.

egregius predicator dicat qui habet vxorem cogitat que
sunt huius mundi: quomodo placeat vxori: ille vxorem ha-
bet quasi non habes: qui sic studet placere: coniugii: vt tamẽ
non displiceat cõditori. flet quoq̃ sed tanq̃ non fleat: qui
sic temporalibus damnis affligitur: vt tamen de eternis
lucris semper animum consoletur. Gaudet vero sed tanq̃
non gaudeat: qui sic de temporalibus bonis hilarescit: vt
tamen semper tormenta perpetua perhorrescat: et in hoc
q̃ mentem gaudio subleuat: hanc continuo ponderè prou-
di timoris premat. Emit autem sed quasi non possidens: q̃
et ad vsũ terrena p̃parat: et tamen cauta cogitatione
p̃uidet q̃ hec citius relinquat. Mũdo quoq̃ vtitur s; qua-
si non vtatur: qui et necessaria cuncta exterius ad vite sue
ministerium redigit: et tamen hec eadem: non sinit sue me-
ti damnari: vt subiecta foris seruiant: et nunq̃ intentiones
animi ad alta tendentis frangant. Quicũq̃ ergo tales sũt
eis profecto terrena omnia non ad desiderium: sed ad vsũ
assunt: quia rebus quidem necessarijs vtũtur: sed nihũ ha-
bere cum peccato cupũnt. De ipsis quoq̃ rebus habitis
quotidie mercedes acquirunt: et plus gaudent bono ope-
re: q̃ bona possessione. At ne aliquibus ista difficilia esse
videantur: rem de persona refero quam multi vestrum me-
cus nouerunt. Quam videlicet rem ipse ante triennũ in centũ
cellensib; a personis fidelibus didici. Nuper nãq̃ in ea-
dẽ ciuitate Theophanus comes fuit vir misericor die acti-
bus deditus: bonis operibus intentus: hospitalitati precie-
pue studens. Exercendi comitatũ actibus occupatus: age-
bat terrena et temporalia: sed vt post ex fine eius claruit:
magis ex debito q̃ intentione. Nã cũ appropinquãte mor-
tis eius tẽpore grauissima aeris tẽpestas obfisteret: ne ad
sepeliendum duci potuisset: eumq̃ coniur sua cum flenti
vehemẽtissimo regereret: dicẽs. Quid faciã: quõ te ad sepe-
liẽdũ eijcio: q̃ ostiũ domũ huius egredi p̃ nimia tẽpestate no-
possũ. Tũc ille r̃didit. Noli mulier flere: qz mor vt ego defũ-
ctus fuero: aeris serenitas redibit. Cuius p̃tinẽs et vocẽ mor-
tẽ serenitas est secuta. Cuius manũ ac pedes podagre
humore tumescẽtes et versi in vulnerib; fuerant et profluent
te sanie putebant. Sed cum corpus illius ex more ad lauam

Homelia. xxxvi. Fo. cxxxi.

dum fuisse detectum: ita manus/pedesq; illius sani reperi
sint: ac si vnq; vulneris nihil habuissent: ductus itaq; ac se
pultus est: eiusq; coniungi visum est vt quarto die in sepul
chro illius marmor quod superpositum fuerat: mutari des
buisset. Quod videlicet marmor corpori eius superpositu
dum fuisset ablatum: tanta ex eius corpore fragrantia odo
ris emanauit: ac si ex putrescenti carne illius pro vermibus
aromata feruissent. hec ergo dixit: vt e vicino exemplo
ostendere possem: nonnullos et secularem habitum gere
re/et secularem animum non habere. Quos enim tales in
mundo necessitas ligat: vt ex omni parte exui a mundo no
possint: sic debent que mundi sunt tenere: vt tamen eis ne
sciant ex mentis fractione succumbere. hoc ergo cogitate
cum relinquere cuncta que mundi sunt: non potestis. Et
seriora exterius bene agite: sed ardentius interi^o ad eter
na festinate. Nihil sit quod desiderium vestre mentis re
tardet: nullius vos rei in hoc mudo delectatio implicet. Si
bonum diligitur: mens in bonis melioribus. i. in celestibus
delectatur: si malum metuitur: mala animo eterna propo
nantur: vt dum illic esse conspicit: et amplius quod diligit
et amplius quod pertimescat: hic omnino non hereat. Ad
hec agenda habemus mediatorem dei et hominum adiu
torem nostrum per quem citius cuncta obtinebimus: si ad
illum ho amore flagramus. Qui viuit et regnat cu patre.

Desiderium nre
desiderium nre
nihil retardare
debet.

Lectio sancti euangelij se cundum Lucam.



In illo tempore. Dixit iesus
turbis. Si quis venit ad me
et non odit patrem suum/et
matrem/fratrem/ et uxorem
et filios/fratres/ et sorores:
adhuc autem et animam suam:

Luce. xliij. f.

Sancti gregorii pape.

non potest meus esse discipulus. Et qui non
batulat crucem suam et venit post me: non po-
test meus esse discipulus. Quis enim ex vo-
bis volens turrin edificare: nonne prius se-
dens computat sumptus qui necessarii sunt
si habeat ad perficiendum: ne postquam posue-
rit fundamentum et non potuerit perficere
omnes qui viderint incipient illudere ei di-
centes: quia hic homo cepit edificare: et non
potuit consummare. Aut quis rex iturus com-
mittere bellum aduersus alium regem/ non
sedens prius cogitat: si possit cum decem mi-
libus occurrere ei: qui cum viginti milibus
venit ad se? Alioquin adhuc illo longe age-
te legationem mittens rogat ea que pacis
sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renu-
ciauerit omnibus que possidet: non potest
meus esse discipulus.

Homelia lectionis eiusdem
habita ad populum in basilica
beati sebastiani martyris.
Homelia. xxxvij.

Homelia. xxxvii. Fo. xxxvii.

S Consideremus fratres charissimi que & quã
ta sunt que nobis promittuntur in celis / vile-
scant animo oia que habentur in terris. Ter-
na nãq; substantia superne felicitati cõpara-
ta / pondus est / nõ subsidium. Temporalis vi-
ta eterne vite cõparata: mors est aliud
Ipse em̄ quotidianus defectus corruptionis quid est aliud
& quedã prolixitas mortis? Que autem lingua dicere vel
quis intellectus capere sufficit illa superne ciuitatis q̄ta
sunt gaudia / angelorum choris interesse / cũ beatissimis spi-
ritibus glorie conditoris assistere / presentẽ dei vultũ cerne-
re: incircũscriptum lumen videre / nullo mortis metu affici /
incorruptionis perpetue munere letari? Sed ad hec audi
ta inardescit animus: iamq; illic cupit assistere vbi sperat s̄
ne sine gaudere. Sed ad magna premia perueniri non po-
test: nisi per magnos labores. Unde & paulus egregi⁹ pre-
dicator dicit. Non coronabitur: nisi qui legitime certauerit.
Delectat ergo mentẽ magnitudo premiorũ: sed nõ de-
terreat certamen laborum. Unde ad se ventũtibus veritas
dicat. (Si quis venit ad me / & non odit patrem suum & ma-
trem / & vxorem / & filios / & fratres / & sorores: adhuc autem &
animã suã nõ potest meus esse discipulus.) Sed percuncta-
ri libet quomodo parẽtes / & carnaliter p̄pinquos p̄cipimur
odisse: qui iubemur & inimicos diligere? Et certe x̄itas de
vxore dicit. Quod deus cõiunxit: homo nõ separet. Et pau-
lus ait. Viri diligite vxores vestras / sicut et christus eccle-
siam. Ecce discipulus vxorẽ diligendã p̄dicat: cũ magister
dicat: qui vxorẽ nõ odit: nõ potest meus esse discipulus. Nũ
quid aliud iudex nunciat / aliud preco clamat? An simul et
odisse possumus & diligere? Sed si vim precepti perpendi-
mus: vtrumq; agere per discretionem valem⁹: vt eos qui
nobis carnis cognatione coniuncti sunt: & quos p̄ximos no-
uimus diligamus / & quos aduersarios in via dei patimur:
odiendo & fugiẽdo nesciamus. Quasi em̄ per odium dili-
gitur: quia carnaliter sapiẽs / dum praua nobis ingerit / non
audet. Ut autem dñs demonstraret hoc erga p̄ximos odium
non de affectione procedere / sed de charitate: addidit p̄xi-
mus dicẽs. (Adhuc aut & aiam suam.) Odisse itaq; precepit

Uita tempo-
ralis eterne
comparata
mors est.

4. Thi. 4. 8.

Matth. v. 8.
ad eph. v. c.
Mar. x.

Diligit qñq;
p̄xim⁹ per
odium.

Sancti Gregorij pape.

mur proximos: odisse et animam nostram. Costat ergo quod amando debet odisse proximi: qui sic eum odit sicut semetipsum. Tunc etenim nostram animam bene odimus: cum eius carnalibus desiderijs non acquiescimus: cum eius appetitum frangimus: eius voluptatibus reluctamur: que ergo contempta ad melius ducitur: quasi per odium amatur. Sic nimirum exheredare proximo nostris odij discretionem debemus: ut in eis et diligamus quod sunt: et habeamus odio quod in Dei nobis itinere obsistunt. Certe dominus paulus hierosolymam pergeret propheta agabus zonam illius apprehendit: suisque pedibus alligavit dicens. Viri cuius hec zona est sic alligabitur indei in hierusalem. Sed is qui alam suam perfecte oderat: quid dicebat. Ego non solum alligari: sed et morti in hierusalem paratus sum pro nomine domini iesu christi: nec facio alam in eius precioso sanguine me. Ecce quomodo animam suam amando oderat: immo odians amabat: quam cupiebat pro iesu morti tradere: ut hanc ad vitam de peccati morte suscitaret. Ab hac ergo discretionem odij nostri trahamus formam ad odium proximi. Ametur quilibet in hoc mundo etiam adversarius: sed in vis dei contrarius non ametur etiam propinquus. Quisquis etiam eterna concupiscit: in ea quam aggreditur causa dei extra patrem: extra matrem: extra uxorem: extra filios: extra cognatos: extra semetipsum fieri debet: ut eo verius cognoscat deum: quo in eius causa nemo recognoscit. Multum itaque est quod carnales affectus intentionem mentis dimerberant: eiusque actus obscurant: quos tamen nequaquam nocuos patimur: si eos premendo teneamus. Amandi ergo sunt proximi: impendenda est charitas omnibus: et propinquis et extraneis. Nec tamen pro eadem charitate a dei amore flectendum. Scimus autem quod cum de terra philistinum arca domini ad terram israelitarum rediret: plastro superimposita est: et vacce plastro subiacente sunt: que fete fuisse memorantur: quarum filios clauserunt domi. Et scriptum est. Ibant autem in directum vacce per viam que ducit bethsanis: uno itinere gradiiebant per vias et mugientes: et non declinabant neque ad dexteram neque ad sinistram. Quid ergo vacce nisi fideles quosque in ecclesia designant: qui dum sacri eloquii precepta considerant: quasi superimpositam sibi domini arcam putant. De quibus hoc etiam est notandum quod fuisse fete mentio

Act. xxi. c.

Paulus alam suam amando oderat.

Arca domini ferebatur per vaccas.

1. Reg. vi. c.

Homelia. xxxviij. Fo. cxxiiij.

rant: q; sunt pleriq; qui in via dei intrinsec⁹ positi foris carnalibus affectibus ligantur: sed nō declinant a recto itinere: qui arcam dei portant in mēte. Ecce eivacce bethsamis pergunt. Bethsamis quippe dicitur domus solis. Et ppheta ait. Vobis autē qui timetis dñy: orientur sol iusticie. Si ergo ad eterni solis habitationē tendimus: dignum profecto est: vt de itinere p carnalibus affectibus non declinemus. Tota enim virtute pēsandum est: q; vacce dei plastro sup posse pergunt / et gemunt. Dant ab intimis mugitus / et tamen ab itinere non deflectunt gressus. Sic nimirū predicatorum dei: sic fideles quiq; esse intra sanctam ecclesiam debent: vt cōpatiantur proximis per charitatem: ⁊ tamen de via dei non exorbitent per cōpassionem. hoc ipsum vero anime odium qualiter exhiberi debeat: veritas subdendo manifestat dicens. Qui non baulat crucem suam: et venit post me: non potest meus esse discipulus. Crux quippe a cruciata dicitur. Et duobus modis crucem domini baulamus: cum aut per abstinentiam carnem afficimus: aut per cōpassionem proximi / necessitatem illius nostram putam⁹. Qui enim dolorem exhibet in aliena necessitate: crucem portat in mente. Sciendum vero est q; sunt nonnulli q; carnis abstinentiam non pro deo: sed pro inani gloria exhibēt. Et sunt pleriq; qui cōpassionem proximo non spiritaliter sed carnaliter impendunt: vt ei non ad virtutem sed quasi miserando ad culpas foueant. Vt itaq; crucem quidem videntur ferre: sed dominum non sequunt. Unde recte hec ea demeritas dicit. (Qui non baulat crucem suam / et venit post me: nō potest meus esse discipulus.) Baulare etenim crucē ⁊ post dñm ire / est vel carnis abstinentiam / vel cōpassionē pximo p studio interne intentionis exhibere. Nā quicquid hec pro temporali intentione exhibet: crucem quidem baulat: sed ire post dominū recusat. Quia hō sublimia precepta data sunt: p̄tinus cōparatio edificande sublimitatis adiungit / cum dicit. (Quis ei ex vobis volēs turrim edificare: nō prius sedens cōputat sumpt⁹ q; necessarij sunt: si habeat ad perficiendū: ne postea q̄ posuerit fundamentū ⁊ non potuerit perficere / omnes qui viderint incipiant ei illudere dicentes: quia hic homo cepit edificare: et non po-

Mal. iij. a.

Lu. xij.

Crucem dñi
duob⁹ modis
baulamus.

Sancti gregori pape.

tuit consummare.) Omne quod agimus: preuenire per studium considerationis debemus. Ecce enim iuxta veritatis vocem. Qui turrem edificat: prius edificij sumptus parat. Si ergo humilitatis turrem construere cupimus: prius nos preparare contra aduersa huius seculi debemus. Hoc enim inter terrenum et celeste edificium distat: quod terrenum edificium expensas colligendo construitur: celeste vero expensas dispergendo. Ad illud sumptus facimus: si non habita colligamus. Ad istud sumptus facimus: si et habita relinquamus. Istos sumptus diues ille habere non potuit: qui multas possessiones possidens magistrum requisit: dicens Magister bone quid faciendo vitam eternam possidebo? Qui cum precepta relinquendi omnia audisset: tristis abscessit. Et inde est angustatus in mente: unde fortis fuit latior in possessione. Quia enim in hac vita amabat sumptus celsitudinis: tendendo ad eternam patriam: habere noluit sumptus humilitatis. Considerandum vero est quod dicitur (omnes qui viderint: incipiant illudere ei.) Quia iuxta Pauli vocem spectaculum facti sumus mundo: angelis et hominibus. Et in omne quod agimus considerare occultos nostros aduersarios debemus: qui semper nostris oneribus insistent: semper ex nostro defectu gratulantur. Quos propheta intuens ait. Deus meus in te confido non erubescam neque irrideant me inimici mei. In bonis enim operibus intenti nisi contra malignos spiritus sollicite vigilemus: ipsos irrisores patimur: quos ad malum persuasores habemus. Sed quia de construendo edificio comparatio data est nunc ex minori ad maius similitudo subditur: ut ex rebus minimis maiora pensentur. Nam et sequitur (Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem: nonne se dens prius cogitat: si possit cum decem milibus occurrere ei: qui cum. xx. milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo loquente agente legationem mittens: rogat ea que pacis sunt.) Rex contra regem ex equo venit ad prelium: et tamen si se perperdit non posse sufficere legationem mittit. et ea que pacis sunt postulat. Quibus ergo nos lacrymis veniam sperare debemus: quod in illo tremendo examine cum rege nostro ex equo ad iudicium non venimus. Quos nimirum conditio laetis infirmitas: et

Edificium celeste et terrenum differit.

Matth. xix. b.

I. Cor. iij. b.

Ps. xxiij.

Homelia. xxxviij. Fo. cxxxiii.

causa inferiores exhibet. Sed fortasse iam mali operis cul-
pas abscindimus: iam prava queq; exterius declinamus.
Nunquid ad reddendam rationem cogitationis nostre suf-
ficimus: nam cum. xx. milibus venire dicitur is contra que
minime sufficit iste qui cum. x. milibus venit. Decem milia
quippe ad. xx. milia / simplum ad duplum sunt. Nos autem
si multum proficimus vix exteriora nostra opera in rectitu-
dine seruamus. Nam et si iam luxuria carnalis abscissa est
tamen adhuc a corde funditus abscissa non est. Ille autem
qui iudicaturus venit: exteriora simul et interiora iudicat
facta pariter et cogitationes p̄sat. Cum duplo ergo exer-
citu contra simplum venit: qui nos vix in solo opere p̄para-
tos simul de opere ⁊ cogitatione discutit. Quid ergo age-
dum est fratres: nisi vt dū nos cū simplo exercitu contra du-
plum illius sufficere non posse aspiciamus: dū adhuc longe est
legationem mittamus: et rogemus ea q̄ pacis sunt. Lōge
enim esse dicit: q̄ adhuc p̄sens p̄ iudiciū nō videt. Mitta-
mus ad hūc legationē lacrimas n̄sas / mistemus in se opa
mactemus in ara eius hostias placationis: cognoscamus
nos cum eo in iudicio non posse contendere. Pensemus v̄r
tutem eius fortitudinis: rogemus ea que pacis sunt: hec est
nostra legatio: que regem venientem placat. Pensate fr̄es
q̄ benignus sit q̄ is qui suo aduentu valet opprimere: tar-
dat venire. Mittamus ad hunc (vt diximus) legationem
nostram: stendo: tribuendo sacras hostias offerendo. Sin-
gulariter nāq; ad absolutionem nostram oblata cū lachry-
mis ⁊ benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur
quia is qui in se refuges a mortuis iā non moritur: adhuc
per hanc in suo mysterio pro nobis iterum patitur. Nam
quotiens ei hostiam sue passionis offerimus: totiens nobis
ab absolutionē nostram / passionē illius reparamus. Multo-
tos vt arbitror v̄m fratres charissimi cōtiguit nosse hoc: q̄
volo ad memoriam vestrā narrando reuocare: Non longe
a nostris fertur temporibus factum q̄ quidam ad hostibus
captus longe traductus est. Cūq; diu teneretur in vincu-
lis cum vxor sua eum ex eadem captiuitate non reciperet
extinctum putauit. Pro quo iam velut mortuo hostias heb-
domadibus singulis curabat offerre. Cuius totiens vincu-

Judex exte-
riora ⁊ interio-
ra iudicabit.

Legationem
ad dominum
mittere de-
bemus vt ro-
gem⁹ ea que
pacis sunt.

hostia altar̄
multis valet
ad absolutio-
nē nostram.

hostie obla-
tio magne ef-
ficacie no-
tabili ostendit
tur exēplo.

Sancti gregozij pape.

ta soluebantur in captiuitate: quoties ab eius cōiuge obla-
ta fuissent hostie p̄ aīe eius absolute. Nā longa post tē-
pora reuerfus amirans valde sūe indicauit vxori q̄ diebus
certis hebdomadis singulis ei⁹ vincula soluebant. Quos
videlicet dies ei⁹ vxor atq; horas discuties: tūc eū recogno-
uit absolutū: cū pro eo sacrificiū meminerat oblatum. Hinc
ergo fratres charissimi/hinc certa cōsideratione colligite
oblata a nobis hostia sacra q̄tū i nobis solvere valeat liga-
turam cordis: si oblata ab altero potuit in altero solvere vī-
cula corporis. Multi vestrum fratres mei cassinariensis
vrbis episcopum nouerunt: cui mos erat quotidianus deo
hostias offerre: ita vt pene nullus dies vite ei⁹ abscederet:
q̄ nō oipotētī deo hostiā placationis imolaret. Cui cū sacri-
ficio valde etiā concordabat vita. Nam cuncta q̄ habebat
in elemosinis tribuēs: cum ad horā offerendū sacrificiū ves-
nisset velut totus in lachrymis defluēs: semetipsum cū ma-
gna cordis contritione mactabat. Cuius ⁊ vitā et exitū a
quodā venerabilis vite dyacono q̄ fuerat ab eo nutrit⁹ re-
ferēte cognoui. Aiebat enī q̄ qdā nocte ei⁹ presbytero p̄ vi-
sum dñs assistit: dicēs. Uade ⁊ dic epō! Age q̄ agis: opare
q̄ operaris: nō cesset pes tuus nō cesset manus tua: natali
apostolorū venies ad me: ⁊ retribuā tibi mercedē tuā. Sur-
rexit psbyter: s; q; e vicino apostolorū natalici⁹ dies imine-
bat: itā p̄pinq; exitus diē epō nunciare ptimuit. Alia nocte
dñs rediit: eiusq; inobediētā vehementer increpauit: atq;
eadē inssionis suā verba retexuit. Tūc presbyter surrexit
vt pergeret: sed rursus infirmitas cordis ipedimēto facta
est indicāde reuelationis. Et ad admonitiōē quoq; itera-
te inssionis obduruit pergere: ⁊ q̄ viderat manifestare ne-
glexit. Sed q; magnā mansuetudinē cōtempte gratie: ma-
gnā dign⁹ est ior sequi solet ira vindicte: visione tertia dñs apparens iā
quī sepi⁹ dei verbis addidit verbera: ⁊ tam districta cede mactatus est:
gratiam con- vt in eo duriciam cordis emollirent vulnera corporis. Sur-
tempit. rexit ergo eruditus ex verbere: perrexit ad episcopū: eiusq;
iam ex more iuxta beati lunenalis martyris sepulchri⁹ ad
offerendum sacrificiū cōsistentē repperit: secreta circūstā-
tibus petiit seq; eius pedibus strauit. Cūq; cum vbertim
sensum ep̄s vix ad se leuare potuisset: lachrymarū causas

Punitiōe ma-
gna dign⁹ est
quī sepi⁹ dei
gratiam con-
tempit.

Homelia. xxxvii. Fo. cxxxv.

cognoscere studuit. Ille vero relaturus ordinem visionis prius vestimento ex humeris deuoluto detexit plagas corporis: (ut ita dicam) testes veritatis et culpe monstrant. Quia animaduersione destrictionis media illius accepta verbera ltuore inflicto succulauerant. Que mox ut episcopus vidit: exhorruit: et quis sibi talia facere presumpsisset: cum magne obstupescationis vocibus inquisiuit. At ille respondit hec professo fuisse perpessus. Excreuit cum terrore admiratio sed nullas iam presbyter inquisitionis eius moras adiciens secretum reuelationis aperuit: eius iussiones dominicas per ea que audierat verba narrauit dicens. Age quod agis: operare quod operaris: non cesset manus tua: non cesseret pes tuus natali apostolorum venies ad me: et retribuam tibi mercedem tuam. Quibus auditis episcopus in orationem cum magna cordis contritione prostravit: et qui oblatus sacrificium ad horam tertiam venerat: hoc per extense orationis magnitudine ad horam nonam usque protelauit. Atque ex illo idem die magis magisque exaucta sunt ei lucra pietatis. Factusque est tam fortis in opere: quam certus ex munere quippe qui eum cui ipse debitor fuerat ex ea promissione iam ceperat habere debitorem. huic autem consuetudo fuerat annis singulis natalitio apostolorum die romam venire. Itaque ex hac reuelatione suspectus venire iuxta morem noluit. Eodem ergo tempore sollicitus fuit. Secundo quoque anno vel tertio in mortis sue expectatione suspensus: quarto quintoque et sexto similiter in desperare iam de veritate reuelationis poterat: si verbis eundem verbera non fecissent. Cum ecce anno septimo usque ad fidem natalis sacras vigilas incolumis peruenit: sed expectari natalis hunc in vigilis calor attingit: atque ipso die natalitio solis sui se expectantibus missarum solennia implere se posse recusauit. Illi vero qui de eius erant pariter egressione suscepti: simul ad eum omnes venerunt: sese vniuersim stringentes ut die eodem nequaquam acquiescerent missarum solennia celebrari: nisi pro eis apud dominum idem antistes suus intercessor accederet. Tunc ille compulsus in episcopi oratione totius missas fecit: et manu sua corpus dominicum pacemque omnibus tribuit: quod cuncto ministerio oblatus sacrificii pacto ad lectulum rediit: ibique iacet dum sacerdotes suos ac ministros

Alias. leuis dolor.

Sancti gregoriij pape.

circumstetisse cerneret: quasi vale vitinum dicens de seruādo eius in vinculo charitas ammonerat: et quanta debuissent concordia inter se vivere: predicabat. Cum subito inter ipsa sancte exhortationis verba voce terribili clamavit dicens hora est. Voxque assistentibus ipse suis manibus linteam dedit: quod ex more morientium sibi contra faciem tēderetur. Quo tenso: spiritum emisit: sicque sancta illa anima ad gaudia eterna perueniens: carnis corruptione soluta est. Quē fratres charissimi quem vir iste in morte sua imitatus est: nisi eū quem in vita sua fuerat contemplatus. Dicens enim hora est: de corpore exiit: quia et iesus per actus omnibus cum dixisset consummatū est: inclinato capite tradidit spiritum. Quod ergo dominus ex potestate: hoc egit famulus ex vocatione. Ecce quotidiane hostie illa cum elemosynis et lachrymis missarum legatio quantam cum rege veniente gratie pacem fecit. Relinquat ergo omnia qui potest. Qui autem relinquere omnia non potest: cum adhuc longe est rex: legationem mittat lachrymarum: elemosynarum: hostiarum munera offerat. Vult enim placari precibus: quod scire quia portari non possit iratus. Quis adhuc moram facit venire: legationem pacis sustinet. Venisset iam iamque si vellet: et cunctos suos aduersarios trucidasset. Sed et quod terribilis veniet: indicat: et tamen ad veniendum tardat: quia non vult inuenire quos puniat: sed reatum nobis contemptus nostri denunciat: dicens. (Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus.) Et tamen sperande salutis remedium confert: quia quod per iram non potest ferri: per postulate pacis vult legationem placari. Lauate ergo fratres charissimi lachrymis maculas peccatorum: elemosynis tercite: sacris hostiis expiate. Nolite possidere per desiderium: que adhuc per visum minime reliquistis. Spem in solo redemptore figite: ad eternam patriam mente transite. Sic enim nil in hoc mundo tam amando possidetis: etiam possidendo cuncta reliquistis. Ipse nobis gaudia desiderata concedat: qui nobis eterne pacis remedia contulit iesus christus dominus noster. Qui vult et regnat cum patre in unitate spiritus sancti. Deo Per omnia secula seculorum Amen.

Johā. xix. f.

Lachrymarum
legationem
mittamus ad
regem.
Deo vult placari
precibus

Elemosyne
tercite maculas
peccatorum.

Homelia. xxxvij. Fo. cxxxvj.

Lectio sancti euange-
lij secundum Mattheus.

In illo tempore Loque-
batur Iesus principibus sacerdotū
et pharisæis: in parabolis dicēs. Si-
mile factum est regnum celorum homini re-
gi: qui fecit nuptias: filio suo: et misit seruos
suos vocare inuitatos ad nuptias: et nolebāt
venire. Iterum misit alios seruos dicēs. Vi-
cite inuitatis. Ecce prandium meum paraui
thauri mei et altaria occisa sunt: et omnia pa-
rata: venite ad nuptias. Illi autem neglexe-
runt. Et abierūt alius in villam suam: alius
vero ad negotiationem suam. Reliqui vero
tenuerunt seruos eius: et contumeliis affe-
ctos occiderūt. Rex autem cum audisset ira-
tus est: et missis exercitibus suis perdidit ho-
micidas illos: et ciuitates illorum succēdit.
Tunc ait rex seruis suis. Nuptie quidem pa-
rate sunt: sed qui inuitati erant non fuerunt
digni. Ite ergo ad exitus vtarum: et quos-
cunq; inueneritis vocate ad nuptias. Et
egressi serui eius in vias: congregauerunt

Mat. xxij. 8.

iii.

Sancti gregorii pape.

omnes quos inuenerunt bonos et malos: et implete sunt nuptie discumbentium. Intrauit autem rex ut videret discumbentes: et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali: et ait illi Amice quomodo huc intrasti non habes vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis pedibus eius et manibus mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium. Multi enim sunt vocati pauci vero electi.

Homelia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati clementis. Dominica vigesima post trinitatem.

Luc. xliij. d.



Home. xxxviii.
Ext^a lectioⁿis eu^{an}g^{el}ice fratres charissimi volo (si possum) sub breuitate transcurrere: ut in fine eius valeam ad loquendum lars^{us} vacare. Sed querendum primo est an hec apud mattheum ipsa sit lex

Home. xxxviij. Fo. cxxxvii.

ctio que apud lucam sub appellatione cene describitur. Et quidem sunt nonnulla que sibi: dissona esse videntur: quia hic prandium / illic cena memoratur: hic q̄ ad nuptias non dignis vestibus intravit repulsus est: illic nullus qui intrasse dicitur / repulsus esse prohibetur. Quia ex re recte colligitur: q̄ et per nuptias presens ecclesia et illic per cenam eternum et vltimum conuiuium designatur. Quia et hanc nonnulli exturi intrant: et ad illud quisquis semel intrauerit: vltimus non exiit. At sit quis forte contendat hanc eandem esse lectionem: ego melius puto salua fide a lieno intellectu cedere: q̄ contentionibus deservire. Qm̄ et intelligi cōgrue forsitan potest: q̄ de pietate eo q̄ cū nuptiali veste non venerat: quod lucas tacuit: matthe⁹ dixit q̄ vero p̄ illum cena per hunc autē prandiu dicit nequa q̄ vel hoc nostre intelligentie obsistit: quia cū ad horam non ā apud antiquos quotidie prandiu fieret: ipsum quoq̄ prandiu cena vocabatur. Sepe autem iam dixisse memini: q̄ plerumq̄ in sancto euangelio regnum celorum presens ecclesia nominatur. Congregatio quippe iustorum: regnum celorum dicitur. Quia enim, per prophetam dominus dicit Celum mihi sedes est: et salomon ait. Anima iusti sedes sapientie. Paulus etiam dicit christum dei virtutem et dei sapientiam: liquido colligere debemus: quia si deus sapientia: anima autem iusti sedes sapientie: dum celum dicitur sedes dei celum ergo est anima iusti. hunc per psalmistam de sanctis predicatoribus dicitur. Celi enarrāt gloriā dei Regnum ergo celorum est ecclesia iustorum. Quia dum eorum corda in terra nil ambiunt: per hoc quod ad superna suspirant: iam eis dominus quasi in celestibus regnat. Dicatur ergo (simile est regnum celorum homiu regi qui fecit nuptias filio suo). Jam intellexit charitas vestra quis est iste rex regis filij pater: ille nimirum cui psalmista ait. Deus iudicium tuum regi da: et iusticiam tuam filio regis Qui fecit nuptias filio suo. Tunc enim deus pater deo filio suo nuptias fecit: quando hunc in ytero virginis humane nature coniunxit: quando deum ante secula fieri voluit hominē in fine seculor. Sed q̄ ex duabus psonis fieri solet ista nuptialis consuetio: absit hoc ab intellectibus istis vsq̄

ff. ij.

Est. lvi. s.
l. cor. i. d.

Anima iusti
potest dici ce-
lum.
ps. xviij.

ps. lxxi.

Nuptias qm̄
di. de⁹ pater
filio fecisse.

Sancti Gregorii pape

sona dei et hominis redemptoris nostri. Iesu xpi ex duab⁹ personis credamus vnitam. Ex duab⁹ quippe atq; in duab⁹ hunc naturis existere dicimus: ied ex duabus personis co⁹ positum credi (vt nefas) vitamus. Apertius ergo atq; securius dici potest: q; in hoc pater regi filio nuptias fecit quo ei per incarnationis mysterium sanctam ecclesiam sociavit. Uterus autem genitricis virginis huius sponsi thalamus fuit. Unde et psalmista dicit. In sole posuit tabernaculum suum: ec ipse tanq; sponsus procedens de thalamo suo.

Tanq; sponsus quippe de thalamo suo processit qui ad co⁹ iungendam sibi ecclesiam incarnatus deus de incorrupto vtero virginis exiit. Misit ergo seruos suos vt ad istas nuptias amicos inuitaret. Misit semel: misit iterum: q; incarnationis dnice pdicatores et prius prophetas: et postmodu apostolos fecit. Bis itaq; seruos ad inuitandum misit: q; incarnationem vnigeniti: et per prophetas dixit futuram: et per apostolos nunciavit factam. Sed q; hi qui prius inuitati sunt: ad nuptiarum conuulium venire noluerunt: in secunda inuitatione iam df. Ecce prandium meum parauit tauri mei et altitia occisa sunt: et omnia parata. Quid i tauris vel altitibus fratres charissimi/nisi noui ac veteristes testamenti patres accipimus: Quia enim vulgo loquor: etia ipsa me necesse est verba euangelice lectionis explanare. Altitia enim saginata dicim⁹. Ab eo enim quod est alere. altitia quasi altitista vocamus. Cum vero in lege scriptum sit. Diliges amicum tuum: et odio habebis inimicum tuum: accepta tunc iustis licentia fuerat: vt dei inimicos suosq; aduersarios quanta possent virtute comprimerent eosq; iure gladij ferirent. Quod in nouo proculdubio testamento copefcit: cu p semetipsam veritas pdicat dicens. Illigite inimicos vestros bnfacite his q; oderut vos. Qui ergo per tauris/nisi patres testameti veteris significant. Na ex pmissione legis acceperant: q; tenns aduersarios suos odij retributione pcuterent. Ut ita dicat qd aliud q; tauri erat: q; inimicos suos virtutis corporee cornu feriebat. Quid vero p altitista/nisi patres testameti noui figurant: q; du graj pinguetudinis interne pcipit: eternis desiderijs iniretes ad sublimia cõtemplationis sue penis subleuant. In imo quippe cogis

Psal. xviij.

Tauri vel altitia quid representant.

Leniti. xix. c.
Matth. v.

Mat. v. a.

Home. xxxviij. Fo. xxxviij.

tationē ponere qđ est aliud qđ qđa ariditas mētis. Qui aīit
Intellectu celestiu iā per sancta desideria de supnis delecta
tionis intime cibo pascitur: quasi largitori alimēto pingue
scunt. hac ei pinguedine saginari ppheta ꝓcupierat: cū di
cebat. Sicut adipe ꝓ pinguedine repleat aia mea. At ergo
pđicatoris dhice incarnationis missi psecutionē ab infideli
bus ꝓ ppheta postmodū sancti apli ptulerunt: inuita
tis ꝓ venire nolentibꝫ dicit (Tauri mei ꝓ altilia occisa sunt
ꝓ oia parata.) Ac si apertiꝫ dicat: patrū pcedētū moites a
spicite: ꝓ remedia vite vestre cogitate. Notādum vero qđ
priosi inuitatione nil de tauris ꝓ altilibus dī. In scōa autē
tam tauri et altilia mactata esse mēozant. At ospotēs deꝫ
cum verba eius audire nolumus adiungit exēpla: vt omne
qđ ipossibile credimꝫ: tāto nobis ad sperandū fiat facilus:
quāto ꝓ hoc trāsisse iā ꝓ alios audiuimꝫ. Seq̄t Illi autē ne
glexerūt: ꝓ abierūt aliꝫ in villā suā: alius vero in negocia
tionē suā) In villā qđpe ire est: labori terreno imoderate in
cūbere. In negociationem vero ire est: actionum seculariū
lucris inhīare. Quia enim alius intentus labori terreno a
lius vero mundi huius actionibus deditus/ mysterium in
carnationis dominice pensare: et secundum illud viuere
dissimulat: quasi ad villam vel negocium pergens/ venire
ad regis nuptias recusat. Et plerumqꝫ (quod est granius)
hōnulli vocātis gratiā nō sōli respuūt: sed etiā persequan
tur. Unde ꝓ subditur (Reliqui vero tenuerūt seruos eius:
ꝓ cōtumelijs affectos occiderunt.) Sed rex ista cognoscens
missis exercitibus suis pdidit homicidas illos: ꝓ ciuitatem
illoꝝ succēdit) homicidas perdit: quia persequētes interi
mit. Ciuitatē eoz igni succendit: qđ illorum non solum aīe/
sed caro quoqꝫ in qua habitauerant eterne gehenne flam
ma cruciatur. Missis vero exercitibus extinxisse homici
das dicitur: quia in hominibus omne iudiciū per angelos
exhibetur. Quid nāqꝫ sunt illa angelozum agmina nisi ex
ercitus regis nostri. Unde ꝓ idem rex dominus sabaoth di
citur. Sabaoth quippe exercitus interpretatur. Ad per
dendos ergo aduersarios suos/ exercitum mittit: quia nis
mum vindictam dominus per angelos exercet. Cuius vi
dice potētā tūcnī patres audiebāt: nos autē iā cernimus
iii. iij.

ps. lxxij.

Exempla ad
iungit deꝫ cū
eiꝫ verba au
dire nolumꝫ.

Ciuitas ma
loꝝ succende
tur igni.

Sabaoth in
terpretatur
exercitus.

Sancti gregorijs pape.

Ubi sunt enim supbi illi martyrum psecutores. Ubi illi qui contra conditorē suū cervicē cordis erexerāt: et de hui⁹ mundi gloriā mortifera tumbāt. Ecce iā mors martyrum floret in fide videntū: et hi qui contra illos de crude litate sua gloriati sunt: nequaquā ad memoriā nostrā veniunt: vel in numero mortuorū sunt. Rebus ergo recognoscimus: quōd in parabolis audiimus. S; is qui inuitantē se contēnē cōspicit: regis filij sui nuptias vacuas non habebit. Ad alios mittit: quia et si apud aliquos laborat verbum dei: quāquā tñ sermo dei inuenturus est vbi requiescat. Unde et subditur. (Tūc ait seruis suis. Nuptie quāde pate sūt: s; q̄ inuitati erāt non fuerunt digni. Ite ergo ad exit⁹ viar: et quāquā inuenitis: vocate ad nuptias.) Si in scriptura sacra vias actiones accepim⁹: exitus viar intelligim⁹ defect⁹ actionū. Quā illi plerūq; facile ad deū veniūt: quā in terrenis actib⁹ p̄ ipsa nulla comittātur. Sequit⁹. Et egressi serui ei⁹ i vias: cōgregauerūt oēs quōs inuenerūt: malos et bonos: et implete sunt nuptie discumbētib⁹. Ecce iam ipsa qualitate cōmūtatiū aperte ostendit: quā p̄ has regis nuptias p̄sens ecclesia designat in qua cū bonis et mali conueniunt. Permixta quippe est diuersitate filiorū. Quā sic oēs ad fidē generat: vt tñ oēs p̄ mutationē vite ad libertatē spiritualis gratie culpīs exigentibus nō pducatur. Quousq; nāq; hic vivim⁹: necesse ē vt vitā p̄sentis seculi permixti peragamus. Tūc autē discernimur: cū puenimus. Boni enī soli nūq; sūt: nisi in celo: et mali soli nūq; sunt: nisi in inferno. hec autē vita que inter celū et infernū sita est: sicut in medio subsistit: ita vt rarumq; partium cines communiter recipit: quos tamē sancta ecclesia et nūc indiscrete suscipit: et postmodum in egressione discernit. Si ergo boni estis quōdiu in hac vita subsistitis: equanimiter tolerare malos debetis. Nam quisquis malos non tolerat: ipse sibi p̄ intolerantiā suā testis est quā bon⁹ nō est. Abel enī esse renuit: quem caīn malicia non exercet. Sic in tritura aree grana sub plateis premuntur: sic flores inter spi nas occiditur: et rosa que redolet crescit cū spina que pungit. Duos quippe filios habuit primus homo: vnus vnus horum electus est alter reprob⁹ fuit. Tres filios noe arca contulit: sed duo ex his electi sunt: et vnus reprob⁹ fuit. Duo

Ute in sacris scripturis accipiuntur pro actionibus.

Alias imitationem Boni quā separabatur a bonis.

xxij. q. iij.
Hec autem.

Homelia. xxxviij. Fo. cxxxix.

abraham filios habuit: sed vnus electus est: alter reprobus fuit. Duos isaac filios habuit: sed vnus electus est: alter reprobatus. Duodecim filios habuit iacob: sed ex his vnus per innocentiam venditus est: alij vero per maliciam venditores fratris fuerunt. Duodecim apostoli sunt electi: sed vnus in his admixtus est reprobus: qui probaret undecim qui probarentur. Septem sunt dyaconi ab apostolis ordinati: sed sex in fide recta permanentibus: vnus extitit auctor erroris. In hac ergo ecclesia nec mali esse sine bonis: nec boni sine malis esse possunt. Antea itaq; tepora fratres charissimi ad mentem reducite: et vos ad maiorem tolerantiam roborate. Si enim filij electorum sumus: restat necesse est vt per eorum exempla gradiamur. Bonus enim non fuit quia malos tolerare recusauit. hinc namq; est quod de se: metipso beatus iob asserit dicens. frater fui dyaconum: et focus strutionum. hinc per salomonem sponsi voce ecclesie dicitur. Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. hinc ad ezechielem dominus dicit. filij hominis increduli et subuersores sunt tecum: et cum scorpionibus habitas. hinc petrus beati iohannis vitam glorificat dicens. Et iustum iohannis oppressum a nefandorum iniusta conuersatione eruit: aspectu enim et auditu iustus erat habitans apud eos qui et die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. hinc paulus discipulorum vitam et laudat et roborat dicens. In medio nationis prave et peruerse: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vite continentis. hinc iohannes pergami ecclesie attestatur dicens. Scio vbi habitas: vbi sedes est sathane: et tene nomen meum: et non negasti fidem meam. Ecce fratres charissimi pene omnia percurrere cognoscimus: quia non fuit bonus quem malorum prauitas non probauit. Ut enim ira loquar: ferum anime nostre nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis: si hoc non eraserit aliene lima prauitatis. Terrere autem nos non debet quod in ecclesia et multi mali: et pauci sunt boni: quia arca in vndis diluuij que huius ecclesie typum gessit: et ampla in inferioribus: et angusta in superioribus fuit. Que in summitate etiam sua ad vnius mensuram cubiti excreuit. Inferius quippe bestias: quadrupes

Job. xij. b.
Canti. ij. s.
Eze. ij. c.

ij. Pet. ij. b.

Ad phil. ij. c.
Apoca. ij. d.

Boni pauci
sunt: et multi
mali.

Sancti Gregorii pape

dis atq; reptilia: superius vero aues et homines habuisse credenda est. **Ubi lata extitit: ubi bestias habuit: ubi angustia: ubi homines seruauit.** Quia nimirum sancta ecclesia in carnalibus ampla est: in spiritualibus angusta. **Ubi enim bestiales hominū mores tolerat: illic latius sinū laxat.** **Ubi autē eos habet qui spiritali ratione suffulti sunt: illic quidē ad summū ducitur: sed tñ quia pauci sunt angustatur.** **Lata quippe via est que ducit ad perditionē: et multi sunt qui vadunt per eā: et angusta est q̄ ducit ad vitam: et pauci sunt q̄ inueniunt eā.** **Eo autē vsq; archa angustata in summis: quousq; ad mensurā vnus cubiti perducatur: quia in sancta ecclesia q̄to sanctorū quiq; sunt: tanto pauciores.** **Que in summo ad illū pducit: que solus homo in hoibus et sine alterius cōparatione natus est sanctus.** **Qui iuxta psalmiste vocē factus est: sicut passer vnicus in edificio.** **Tanto ergo magis mali tolerandi sunt: q̄to et amplius abundant.** **Quia in aree tritura pauca sunt grana q̄ seruant hoireis: et grādes acerui palearsi: qui in ignibus cōburunt.** **Sed itā qz largiēte domino nuptiarū domū. i. sanctā ecclīaz intrastis: solerter fratres aspiciete: ne aliquid de mētis vestre habitu rex ingreſſus reprehēdat.** **Cū magno em̄ timore p̄ſandum est qd̄ p̄tinus subdit. (Intrauit autē rex vt videret discipulos: et vidit ibi hoies nō vestitū veste nuptiali.)** **Quid fratres charissimi exprimi p̄ nuptialem vestē putamus? Si ei vestē nuptialē baptisma vel fidē dicimus: q̄a sine baptisate et fide hās nuptias intrant? Eo ei ipso foris est: quo nec dū credit. Quid ergo debem⁹ itelligere p̄ nuptialē vestē: nisi charitatē.** **Intrat em̄ ad nuptias: sed cuz nuptiali veste non intrat: qui in sancta ecclīa assistēs fidem habet: sed charitatē nō habet.** **Recte em̄ charitas nuptialis vestis vocat: qz hāc in se cōditor: nosse habuit: dū ad associāde sibi ecclīe nuptias venit.** **Nossa quippe dilectione dei actū est: vt ei⁹ vnigenitus mētēs sibi electorū hoīz vniret.** **Unde et iohānes b̄c t. Sic em̄ dilexit deus mundū: vt filium suum vnigenitum daret nobis.** **Qui ergo per charitatem venit ad homines: eandem charitatem innotuit vestem esse nuptialem.** **Om̄nis ergo vestrum qui in ecclesia positus deo credidit: iam ad nuptias intrauit: sed cū nuptiali veste non venit: si cha-**

Matth. vj. b.

Ps. ci.

Nuptiarū domus dicitur sancta ecclesia.

Joh. iij. b.

Vestis nuptialis dicitur charitas.

Homelia. xxxviii. Fol. cxi.

ritatis gratiam nō custodit. Et certe fratres si quis ad car-
nales nuptias esset inuitatus / vestē mutaret / cōgaudere se
sponso ⁊ sponse ex ipso sui habitus decore ostenderet: inter
gaudētes et festa celebrantes despectis vestib⁹ apparere
erubesceret. Nos ad dei nuptias venimus: ⁊ cordis vestem
mutare dissimulamus. Cōgaudent angeli cum ad celū as-
sumunt electi. Quia ergo mēte hec spiritalia festa cōspici-
mus: q̄ nuptialem vestē. i. charitatē q̄ sola nos speciosos ex-
hibeat: nō habemus. Sciendū vero est qz sicut in duobus li-
gnis / superiore videlicet ⁊ inferiore vestis texti: ita in duo-
bus preceptis charitas habetur in dilectione scz dei ⁊ pri-
mi. Scriptū quippe est. Diliges dñm deū tuū ex toto cor-
de tuo: ⁊ ex tota aīa tua: ⁊ ex tota virtute tua: ⁊ prīmū tuū
sicut teipsum. Quia in re notandū est: qz in dilectione proxi-
mi mēsurā amoris ponit cum dicit. Diliges proximū tuum
sicut teipsum. Dei autē dilectio nulla mēsurā cōstringitur /
cū dicit. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo: et ex tota
aīa tua: ⁊ ex tota virtute tua. Nō em̄ iubet quisqz quantum
diligat: sed ex ip̄to: cum dicit ex toto. Quia ille veraciter deū
diligit: q̄ sibi de se nihil relinquit. Duo ergo hec necesse est
vt charitas precepta custodiat / quisquis habere in nuptiis
vestē nuptialem curat. hinc est ei q̄ apud ezechielē pphē-
tam / porte ipsius ciuitatis in mōte cōstitute vestibulū duo-
bus cubitis mēsurat. Quia nimirū accessus nobis celestis ci-
uitatis nō p̄ditur / si in hac ecclesia (que p̄ eo quod adhuc
foris est vestibulum dicit) dei ⁊ proximi dilectio non tenet.
hinc est q̄ cortinis tabernaculi interi cocc⁹ distinctus iube-
tur. Vos estis fratres vos estis cortine tabernaculi: qui p̄ si-
dem in cordibus vestris secreta celestia velatis. Sed corti-
nis tabernaculi distinctus coccus debet inesse. Coccus quip-
pe ignis speciem habet. Quid vero est charitas nisi ignis.
Sed ista charitas esse distincta debet: vt tingat ⁊ per amo-
rem dei: tingat ⁊ per amorē proximi. Qui ei sic amat deū:
et per cōtemplationem illius negligat proximū: coccus qui
dem est / sed distinctus non est. Rursum qui sic amat proxi-
mū: tamen cōtemplationē dei per eius amorē relinquat
coccus est: sed distinctus non est. Ut ergo charitas vestra
distinctus coccus esse valeat: ⁊ ad amorē se dei et ad amo-

Mat. xxij. d.
Deut. vi.

Eze. xl. f.

Exo. xxv.

Charitas de-
bet esse distin-
cta.

Sancti gregori pape.

rem proximi accendat: quatenus nec ex compassione proximi contemplationem relinquat dei: nec plusquam debet inherens contemplationi dei: compassionem abiciat proximi. Omnis itaque homo inter homines uiuens sic ad eum anhelat quem desiderat: ut tamen hunc non deserat cum quo curret: et sic huic adiutorium ferat: ut ab illo nullatenus torpeat ad quem festinabat. Sciendum quoque est quod ipsa dilectio proximi in duobus preceptis subdividitur. Cum quidam sapiens dicit. Omne quod tibi odis fieri: uide ne ipse alteri facias. Et per semetipsam veritas predicat dicens. Que uultis ut faciant uobis homines: et uos eadem facite illis. Si enim et quod impendi nobis recte volumus: hoc alijs impartimur: et quod nobis fieri nolumus: hoc alijs facere ipsi deuitamus: charitatis iure uilesa seruamus. Sed nemo cum quempiam diligit: habere se potius charitatem patet: nisi prius ipsas uim sue dilectionis examinet. Nam si quis quemlibet amat: sed propter deum non amat charitatem non habet: sed habere se putat. Charitas autem uera est: cum et in deo diligitur amicus: et propter deum diligitur inimicus. Ille enim propter deum diligit eos quos diligit: qui iam et eos diligit re a quibus non diligit scit. Probari enim charitas per solam odij aduersitatem solet. Unde et per semetipsum dominus dicit. Diligite inimicos uestros: benefacite his qui oderunt uos. Ille ergo securus amat: qui propter deum illum amat a quo se intelligit non amari. Magna sunt hec: et multis ad exhibendum difficilia: sed tamen ista est uestis nuptialis. Quisquis autem hac recubens in nuptijs non habet: iam sollicitus metuat ingrediente rege quin mittatur foras. Ecce enim dicitur. (Intrauit rex ad nuptias ut uideret discumbentes: et uidit ibi hominem non uestitum veste nuptiali.) Nos sumus fratres qui in nuptijs uerbi dei discumbimus: qui iam fidem in ecclesia habemus: qui scripture sacre epulis pascimur: qui contumeliam deo ecclesiarum esse gaudemus. Considerate ergo rogati cum nuptiali veste ad has nuptias uenistis: cogitationes uestras sollicita inquisitione discutite. De rebus singulis corda uestra trutinare: si iam contra nullum odium habetis: si contra felicitatem alienam nulla uos inuidie face succeditis: si propeccatam maliciae nemini nocere festinatis. Ecce rex ad uos

Tho. liij.
Matth. vij. b.

Charitas uera que est.

Luce. vi. d.

Homelia. xxxviii. Fo. cxli.

ptias ingreditur: et cordis nostri habitum contemplantur: atque ei quem charitate vestitum non inuenit: primum iratus dicit. (Amice quod huc intrasti non habens vestem nuptialem?) Mirandum valde est fratres charissimi quod hunc et amicum vocat: et reprobat. Ac si ei apertius dicat: amice et non amice. Amice per fidem sed non amice per operationem. (At ille obmutuit) quod quod dicit sine gemitu non potest) in illa distinctione ultime increpationis omne argumentum cessat excusationis. Quis peccat quod ille foris increpat: qui testis conscientie intus animam accusat. Sed inter hec sciendum est: quod quisquis habet vestem istam non habet: sed tamen adhuc perfecte non habet: ad primum regis ingressum desperare de venia non debet: quod ipse quocumque spiritibus per psalmistam tribuens dicit. Imperfectum meum viderunt oculi tui: et in libro tuo omnes scribent. Sed quod pauca hec in consolatione labentis et infirmatis diximus: nunc ad eum qui hanc omnimodo non habet: verba scriptamur. Sequitur. (Tunc rex dixit ministris ligatis manibus eius et pedibus mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium) Ligantur tunc pedes et manus per distinctionem sententie qui modo prauis operibus ligari noluerunt per meliorationem vite. Vel certe tunc ligat pena: quos modo a bonis operibus ligauit culpa. Pedes enim qui visitare egrum negligunt manus que nihil indigentibus tribuunt: a bono opere iam ex voluntate ligate sunt. Qui ergo nunc sponte ligantur in vitio: tunc in supplicio ligantur in uite. Bene autem dicitur quod in exteriores tenebras proficiatur. Exteriores quippe tenebras dicimus cecitatem cordis: interiores vero tenebras eternam noctem damnationis. Tunc ergo damnatus quisque non in interiores sed in exteriores tenebras mittitur quia illic inuitus proficitur in noctem damnationis: qui hic sponte cecidit in cecitatem cordis. Ubi fletus quocumque et stridor dentium esse perhibetur: ut illic dentes strideant: qui hic de edacitate gaudebant. Illic oculi defleant: qui hic per illicitas concupiscentias habebantur. Quatenus singula queque membra supplicio subiacent: que hic singulis quibusque vitis subiecta seruiebant. Sed repulso in quo videlicet omne maiorum corpus exprimit: generalis primum sententia subiungitur qua dicit. (Multi autem sunt vocati: pauci vero electi.) Tremere

Amicus et non
amicus dei quis
quod potest aliquis
esse.

ps. cxxxviii.

Dentes dam
natorum stride
bunt et eorum
oculi flebunt.
Multi sunt vo
cati pauci ve
ro electi ver
bum tremendum

Sancti gregoris pape.

dum est valde fratres charissimi quod audiui. Ecce nos
oēs iam vocati per fidem ad celestis regis nuptias venim⁹
incarnationis eius mysteriū ⁊ credimus ⁊ cōstemur. Diu
nī hīc epulas sumimus. Sed futuro die iudicij rex intratus
erit. Quia vocati sumus: uocimus. si sumus electi: nesci
mus. Tanto ergo necesse est ut unusquisq; nostrū in humili
tate se deprimat: q̄to si sit electus ignorat. Nonnulli enim
bona nec incipiunt: nonnulli vero in bonis que inceperūt: mi
nime persistunt. Alter pene totam vitā ducere in prauitas
te conspicitur: sed iuxta finē vite a prauitate sua per distric
te penitentie lamenta reuocat. Alter electam videtur vitā
tam ducere: et tamen hunc contingit ad erroris nequiciam
iuxta finem vite declinare. Alius bonum bene inchoat: me
lius cōsummat. Alius in malis actibus a primena etate se
exercet: ⁊ in eisdē operibus semper seipso deterior cōsumit
ma. Tāto ergo sibi unusquisq; sollicitate metuat: q̄to igno
rat q̄ restat. Quia (q̄ sepe dicendū est: ⁊ sine obliuione re
timendū) multi sunt vocati: pauci hō electi. Sed q̄ non hō
mentes audientiū plus exempla fidelīū q̄ docentiū verba
cōuertunt: volo vobis aliquid de primo dicere quod corda
vestra tanto formidolosius audiant: q̄to eis hoc de propin
quo sonat. Neq; em̄ res longe ante gestas dicim⁹: sed eas
de quibus testes existūt: eisq; interfuisse se referunt memo
ramus. Tres pater meus sorores habuit: que cūcte tres sa
cre virgines fuerūt. Quarum una tarsilla / alia gordiana / alia
emiliana dicebat. Uno omnes ardore conuerse / vno eodēq;
tēpore sacrate / sub districtiōe regulari degētes / in domo p
pria socialē vitā ducebāt. Cūq; essent dīnti⁹ in eadē cōuer
satione: ceperūt quotidianis incrementis in amorē cōditōris
sui tarsilla ⁊ emiliana succrescere ⁊ cum solo hic essent cot
pore: quotidie aio ad eterna trāsire. At cōtra gordiane aui
mus cepit a calore amoris intimi p quotidianam detrimēta
teperescere: ⁊ paulisper ad huius seculi amorem redire. Cre
bito autē tarsilla dicere emiliane sorori sue cū magno gemitu
solebat: video gordianā sororem nostram de nostra sorte
non esse: perpendo enim quis foras defluit: ⁊ cor ad q̄ pro
posuit non custodit: quam curabant blanda quotidie res
dargutione corripere: atq; a leuitate motum ad grauitas

**Exēpla plus
monēt q̄ p̄ba**

**Exēplū de tri
bus sororibus
bī gregoriū.**

Homelia. xxxviij. Fo. cxliij.

tem sui habitus reformare: que quidem resumebat vultu subito grauitatis inter verba correptionis. Sed cum eiusdem correptionis hora transisset: transibat p̄tinus ⁊ superduca grauitas honestatis: moxq; ad leuia verba redibat. Puellarum gaudebat societate laicarum: eiq; persona valde onerosa erat: quecuq; huic misero dedita non erat. Quadam vero nocte huic tarsille amice mee que inter sorores suas virtute continue orationis/afflictionis studiose abstinentie singularis/grauiate vite venerabilis: in honore/et culmine sanctitatis excreuerat: sicut ipsa narrauit: per visionem atrauis meus felix huius romane ecclesie antistes apparuit: eiq; mansione p̄petue claritatis ostendit dice n̄s Veni q; in hac te lucia mansione suscipio. Que subsequenti mox febre correpta ad diem peruenit extremū. Et sicut nobilibus feminis/virib; morientibus multi conueniunt q̄ eorū primos cōsolentur: eadē hora eius exitus multi viri ac femine eius lectulum circumsteterunt: inter quas mater mea q; affuit. Tūc subito sursum illa respiciens iesum veniēte vidit: ⁊ cum magna aduersione cepit circumstantibus clamare dicens. Recedite recedite: iesus venit. Cūq; in eum intēderet que videbat: sancta illa aīa a carne soluta ē tātaq; subito fragrantia miri odoris aspersa ē: vt ipsa q; suauitas cunctis ostenderet/illuc auctore suauitatis venisse. Cūq; corpus ei⁹ ex more mortuorū ad lauādu esset nudatū: idē orationis vsu in cubitis ei⁹ ⁊ genib; camelorū more inuenta est obdurata cutis excreuisse: ⁊ quid viues ei⁹ sp̄s semp egerit: caro mortua testabat. hec autē gesta sunt ante dñici natalis diē. Quo transacto: mox emiliane sorori sue p̄ visionem nocturne visionis apparuit dicens. Veni: vt q; n̄ tale dñici sine te feci: sanctā theophaniā iam tecū faciam Cui illa protinus de sororis sue gordiane salute sollicita respondit. Et si sola venio/sororem nostram gordianam cū dimitto. Cui sicut assererat tristis vultu iterum dixit. Veni: gordiana etenim soror nostra inter laicas deputata est. Quam visionem mox molestia corporis est secuta: atq; ita (vt dictum fuerat) ante dominice apparitionis diem/eadē molestia grauescente defuncta est. Gordiana autem mox vt solam remansisse se repperit: eius prauitas excreuit: et

Nobiles morientes multi circumueniunt

Mortuorum corpora aliqui lauuntur.

Sancti gregōrij pape.

quod prius latuit in desiderio cogitationis hoc post effectus
pauē actionis exercuit. Nā oblita dominici timoris/oblita
ta pudoris et reuerentie/oblita consecrationis: conductos
rem agrozum suozum postmodum maritum duxit. Ecce
omnes tres vno prius ardore conuerse sunt: sed nō in vno
eodem studio permāserunt. Quia iuxta dominicam vocē/
multi sunt vocati: pauci vero electi. hec ergo dixi: ne quis
in bono iam opere positus/ sibi vires boni operis tribuat:
ne quis de propria actione confidat. Quia et si tam nouit
hodie qualis sit: adhuc cras quid futurus sit/ nescit. Nemo
ergo de suis iam operibus securus gaudeat quando adhuc
in huius vite incertitudine quis se finissequatur/ ignorat.
Sed quia res retuli que vos ex diuina districtione perter-
ruit: aliud adhuc e vicino refero: quod ex diuina misericor-
dia perterrita vestra corda consoletur: quod tamen in ser-
mone alio iam dixisse me memini: sed vos nequaquā affu-
stis. Ante biennium frater quidam in monasterium meum
(quod iuxta beatorum martyrum. Iohannis et Pauli eccle-
siam situm est) gratia conuersationis venit: qui diu regu-
lariter protractus/ quādoque susceptus est. Quē frater suus
ad monasteriū non conuersationis studio: sed carnalis amore
secutus est. Is autē qui ad conuersationem venerat valde
fratribus placebat. At contra: frater illius longe a vita ei-
us ac moribus discrepabat. Uiebat tamē in monasterio necel-
sitate potius quā voluntate. Et cum in cunctis actibus per-
uersus existeret: p fratrem suum ab omnibus equanimitertol-
lerabatur. Erat enim leuis eloquio: prauus actione: cultus
vestibus: moribus incultus: ferre vero non poterat si quisquē
illi de sancti habitus conuersatione loqueretur. facta autē
tem fuerat vita illius cunctis fratribus visu grauis: sed tū
(vt dictus est) p fratris sui gratia erat cunctis tolerabilis.
Aspernabatur valde si quis sibi aliquid de prauitate sue
correctione loqueretur. Bona non solum facere: sed etiam
audire non poterat. Nunquā se ad sancte conuersationis ha-
bitum venire iurando/ irascendo/ deridendo/ testabatur.
In hac autem pestilentia (que nuper huius urbis populi
magna ex parte consumpsit) percussus in inguine est per-
ductus ad mortem. Cūq; extremum diem ageret cōuene

Exemplū cu-
suisdā munda-
ni qui fratres
religiosus ha-
bebat.

hominis mis-
erandi cōditio-
nes.

Homelia. cxxviii. Fo. cxliij.

runt fratres vt egressum illius orando protegerent. Jam
corpus eius ab extrema fuerat parte premortuum: in solo
tantūmodo pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti
autem fratres tanto pro eo ceperūt enixius orare: quanto
eum iam videbāt sub celeritate discedere. Tum repēte ce-
pit eiſdem fratribus assistētibus amissu quo poterat clama-
re: orationes eorū interrūpere dicens. Recedite: recedi-
